




1
7
339









Firmini repertorium de mutatione aeris, tam via astrologica, quam metheorologica, pristino nitori restitutum, per Philippum Iollainum Blereium, cum scholijs eiusdem.



PARISIIS.

APVD IACOBVM KERVER, SVB DVOBVS GALLIS, IN VIA IACOBEA.

M. D. XXXIX.

R.D. ET SACRATISSIMO ANTISTI-
ti. D. Ioanni Roberto, Diui Iuliani Turonen-
sis abbati augustissimo: Philippus Iollainus
blereius, Mathematicę disciplinę clientu-
lus, Salutem perpetuam, ac suiipsius
commendationem.



On dubito te, Antistes illustrissime, pro tua excellenti sapientia probare veterem morem, quo scripta cuiuscumq; generis de doctrina bonarum rerum, summis, ac primarijs viris dedicari solent: propter has potissimum causas: acceptorum videlicet beneficiorum gratam pariter ac honorificam recordationem, & accipiẽdorum spem iustissimam. Vtraque ad consecrandum amplitudini tuę (quia vnicè, & Solus cui libellus hic dedicaretur, incidebas optime Antistes) libros quosdam firmini astrologicos, hoc est, prognosticandi, vel futura predicendi impulit: quos dudum mihi fuit animus prelo commitere, verum vt sunt hodie quorumdam mores ad carpendum, atq; damnãdum, quòd ipsi ignorant, procliues magis, supprimendum potius, quam imprimendum librum duxi: quòd non vulgarem iacturam nominis mei, me facturum viderem apud quosdam, qui astrologiam inter superstiosas potius, quam approbatas artes reijciẽdam esse putẽt. His itaq; vt breuiter cõsilij mei rationem reddam, liberiusq; meum in hac re iudicium proferam, te coram iudice, operepreciũ esse duxi. Primo itaque astrologiam quandam esse partem medicinæ, eamq; non postremam, prędter hoc quòd à grauissimis, adeoq; & veteribus medicis omnibus asseritur, etiam obseruatione quotidiana, qua nihil est in hominum rebus antiquius, comperimus. Docet & experientia, vt omnium planè artium, ità & medicinæ magistra.

Item disciplina ipsa, que cum obseruatione, experientiaq;, tum ratione ipsa constat, nisi planè talpæ sumus, & ad tam immensa, innumeraq; mirabilia mundi huius hebescimus, & prorsus brutescimus. Proinde qui id inficiantur, male feriati medici, quiq; Libris & epistolis æditis, astrologiam impugnant, tam frigidis argumentis, & rationibus nituntur, vt nulla in re prodere magis inscitiam poterant. Nolo enim dicere, quòd ea interdum improbamus, que ad instar vulpeculę æsopicæ, aut assequi non valemus, aut crassiores, pinguioresque sumus, quam qui intelligere valeamus. Neq; verò miror ineruditos aspernari hanc doctrinam, sed tantam in quibusdam literatis hominibus peruersitatē esse miror, vt hanc partem, que demonstrationes de motibus continet, vituperent. Nam si Epicuri deliramenta defendere conātur, qui furenter contendebat cœlestia corpora nulla certa lege, sed casu ferri, digni odio sunt, vel stigmatis potius, quòd adolescentes à rectę, & verę philosophię studijs, abducunt. Quanto rectius est omni studio inuitare, atque accendere bona ingenia, ad has artes? quarum cognitio, & per se liberalis est, & multas vtilitates vitæ affert, & assuefacit animos, ad querendas demonstrationes, & ad veritatis amorem, quę virtus vel imprimis digna est homine docto, qui in literis, & maximarum rerum dijudicatione versatur. Quid enim distaret hominum vita à beluina? si non anni, & temporum, iustam descriptionem teneremus? si nullas motuū leges intelligeremus? que ob hanc causam etiam propositę sunt, vt nos de deo opifice, & de nostra mortalitate admoneant. Significāt enim nos, non Solum ad agnitionem dei cōditos esse, sed etiam vt ei pareamus. Voluit enim Deus horum mirabilium cursuum, ac virium, notitiam, ducem nobis esse: ad diuinitatis cognitionem. Quantum autem refert hominum animos intuentes in illa diuinitatis vestigia, firmam tenere persuasionem de dei presentia,

deq; pro=

deq; prouidentia? Profecto in bonis mentibus, magnam hoc vim habet, & ad religionem confirmandam, & ad regendos mores. Nec audiendos esse duco quosdam præposterè philosophantes, qui nos astris plus nimium tribuere cauillantur, deoq; potestatem detrahere: quasi astrorum inclinans illa vis, aliunde, quam à summo deo profiscifcatur. Deũ esse omnipotentem, Deũ omnia operari in omnibus, non tã sumus Athei, quin asseramus. Verum vbi medicus curat egrotum, vbi agricola è terrę cultu sibi messem fertiliorem promittit, & hęc dei opera esse scimus. Deum tamen per sua instrumenta, atq; per quædam quasi media operari, id asseuerare, quis impium esse putet. Idq; Genethliacos, & omnes (vt ita dicam) astrologos iudiciarios voluisse constat, vbi statuunt, astra quidem inclinare, vrgere autem minimè. Id quod nec astrologorum omnium principem: Claudium Ptolemæum latuisse par est, cum dicit: Sapiens dominabitur astris. Verũ, ne hoc in loco astrologiæ encomium adornare videar, de his plura in mediũ proferre cesso. Tu interim laudatissime Pręsul, laborẽ hunc, qualiscunq; sit, bono animo pietati tuę à me dedicari patiaris. Nõ enim dubito, quin tui nominis auspicio fœlicius in hominũ manus exiturus sit: ac contra vitiligatores, qui nihil non calumniari solent, in lucem tutior prodeat, vtpotè tibi dicatus, Iamq; tuus, non meus. Vale ornatissime Præsul, integritate & morum & virtutum, Antistes doctissime, atq; hunc meum laborem admodum pertenuẽ, æqui bonique consulas, & fronte exporrecta, atq; serena suscipias, propediem maiora quæpiam sub tuo titulo in publicum, ædita, musis bene iuuãtibus, à nobis accepturus. Vale iterum rei literariæ lumen clarissimum, meq; commendatum, habe. Ex fœlici Lutetia Anno. 1539. Sole Sagittarum lustrante, atq; septimam domum, irradiante: Vergilijs etiam supra Horizontem emergẽtibus ac Luna ad oppositionem Saturni properante.

IDEM AD LECTOREM.

CVm ſemper ſũma laude dignos iudicarim eos, qui iuuandi mortales ſtudio, in propagandis literis, & è tenebris eruendis, atq; à ſitu vĩdicãdis, vetuſtis ſcriptoribus verſantur, candide lector, hinc etiam laudis quid mihi acceſſurum putaui, ſi idem aliquãdo præſtare poſſem. Cuius generis cum mihi ſit antiquus author, operepræcium duxi eum in lucem dare, & omnium lectioni exponere, idq; etiam eo potiſſimum animo, ne quem hominum prędicendi diu lateret facultas. Eſt enim de aëris mutatione, & ratione prędicendi, liber perquam vtilis, & lectu non iniucundus, à firmino aſtronomo conſcriptus, quem ab innumeris, quibus ſcatebat, mẽdis, non ſine labore repurgatum, adiunctis ſcholijs noſtris, quo magis ad ſe te alliciat, in publicum emiſimus. Et ſcito, locis per nos reſtitutis, hanc eſſe pręfixam notam. H. Verum quòd ad linguę infœlicitatem attinet, non tanti momenti eſſe puto negotium, vt, ſiue ob ſcabriciem, ſiue ob blanditias linguæ, librum alioqui bonum, cuius quoquomodo verus haberi poteſt ſenſus, in manibus ſibi excuti ferat vir probus atq; cordatus. Nec enĩ video, aurum minori eſſe in prætio, quòd in vaſe fictili hoc, illud, in ſplendida arca cuſtodiatur. Rectèq; olim dictum eſſe puto, non quis, ſed quid, dicatur conſiderandum, cui nimirum iudicio, ſi hodiè quidam, qui ſibi videntur plus nimium ſapere, ſeſe attemperaſſent, tanta linguæ procacitate barbaros (vt ipſi inquiunt) alioqui tamen eruditos, ac planè philoſophicos authores, nunquam repudiaſſent. Modeſtiæ erat, quòd eius ſeculi commune erat linguæ vitium, diſſimulare. Rem autem vnà cum linguæ incommodo amoliri, num præter decorum ſit actum, dubito. Quid ſi artibus ingenuis atq; philoſophiæ & ſuum erat fatũ, ſuaq; peſtis ſtatuta, magiſq; barbara

lingua, ad

lingua, ad posteros transmittebantur, id quod Theologorum biblijs, Medicorum Hippocrati, Galeno, & Auicennę, Mathematicorum verò, non vno atq; altero, sed fermè omnibus bonis libris accidisse constat. Hi itaq; tot disciplinarum, tot rerum philosophicarum refertissimi authores, quòd linguæ lenociniū nō habeant, prętereundi scilicet nobis erunt? Vt nec ego barbariē reuocari, glādesq; scilicet repertis frugibus præferri, pulchrum esse puto: sic bonos authores incommodi linguæ gratia, aspernari non ausim. Iudicio rem fieri par erat, & & ego Ciceronis lingua loquentem, quam quoquomodo balbutiētem, firminum nostrum recipere malim, sed hoc cum nō datur, quod proximum est faciendum puto, scilicet, aurum ex stercore colligendum erit. Ob id & Plinius rectè, scilicet, nullum librum tā malū esse quin parte aliqua prodesse queat, iam olim dictitabat. Reliquum est, vt hunc ad te venientem candido animo, & libenter suscipias, neque quòd perpusillus sit mole, aspernas: sed quantuluscunq; est, summopere tibi placere sinas. Vale.

IDEM AD EVNDEM.

Vt confecta situ proprium retinere nitorem
Possint, & pateant quæ latuere prius:
Diuino huic operi rutilātem imponere limam
Nunc placuit, dentur dum meliora tibi.

IOANNES DARVD AD LECTOREM.

Hoc opus excelsum firminus texuit, alter,
  Qui verus cœli nuntius esse potest.
Hic reserat tractus cœlestis operta, recludit,
  Machina quæ cæli nocte dieq; mouet.
Ille vias cæli longè ventura sub axe
  Præscribit: centro consiliatq; polum.
Tempora non solum mortalibus ille futura
  Sed prædicendi monstrat abundè viam.

CAROLVS ALBOSIVS HAEDVVS AD EVNDEM.

Fata hominum, cœliq; vias, ventura Philippus
  Præuidet, astrorum numen & ipse canit.
Quæ natalitiæ præsentia sydera lucis,
  Edoceant, tenet: ac dira quid astra ferant.
Eccè sua tersus firminus nascitur arte:
  Atq; fluens niueo lacte profudit opus.
Iupiter hunc summo nobis deduxit olympo,
  Vt doceat fati sydera cuncta virum.
Ius habet in cœlum, longo spaciatur in orbe,
  A cunctis fertur nomen ad astra suum.

Firmini repertorium de mutatione aeris, tam via astrologica, quam metheorologica.

¶Proœmium.



Vm in multis voluminibus ſapientes antiqui, de mutationibus aëris multa ſcripta fecerunt, & diuerſimodè, de hac materia tractauerunt. Quidam enim, cum alijs à propoſito extraneis commiſcendo: alij verò tractatus ſpeciales, prolixos tamen, & obſcuros, ſuper hoc faciendo: alij autem tantummodo recitando, nullum tamen .H. authorem, à quo dicta ſua acceperunt, allegando. Quià etiam qui voluerit aliquid iudicare: durum eſt tot libros inſpicere: totienſq; verba obſcura, ſecundum ſuum intellectum exponere, authores etiam ſi videantur diſcordes concordare, aut illa quæ faciunt ad ſuum propoſitũ ab alijs ſeparare: propterq;, dicta authorum (ſpecialiter in iſtis partibus) remanant inexperta. Ideò conſideraui pro bono ſententias, aut dicta authorum, quæ faciunt ad propoſitum noſtrum, eoſq; ſi diſcordes videantur, ſecundum .H. poſſe concordare, atq; libros, & capitula, quorum verba, aut ſententiam recitabo, fideliter allegare: vt ſi aliquis mihi non crediderit, aut in propoſitionibus in hoc repertorio poſitis, addere, vel minuere voluerit, ad libros, de quibus me iuuare intendo: facilius poſſit recurrere.

¶Vtilitas autem operis in hoc conſiſtit, vt videlicet, abſque plurium librorum inſpectione, ſententias plurium doctorum facilius, & citius poſſimus adinuicem comparare, & collatione facta adinuicem, ad minus, illa in quibus magis concorda-

re videbuntur, temporibus, & climatibusnostris, per experientiam certam comprobentur: & approbentur, si approbanda fuerint, vel secundum exigentiam experientiæ exponantur. Aut si isto tempori, aut. H. climati nostro inutilià videantur, qui de hac artè se intromittant, alias in suis iudicijs non decipientur. Libri enim plures, de quibus nos iuuare intendimus, in alijs climatibus, & temporibus facti sunt. Ideò certum est, quòd non easdem dispositiones debemus habere, tam propter .H. mutationem octauæ spere, & aliarum quæ vix, vel numquam poterint similia redirè, quam etiam, propter diuersitatem climatum, in quibus eadem constellatio, contrarios effectus nititur operari. ¶ Huius autem operis, septem sunt partes principales. ¶ Prima pars, est quasi introductoria sequentium partium, & est de naturis partiam cæli, & stellarum: quattuor etiam temporum anni, & climatum, atq; prouinciarum terræ. ¶ Secunda pars, de iudicijs vniuersalibus mutationũ aëris, per coniuctiones magnas, & ecclipses, & per introitum Solis, in punctis æquinoctialibus, & solstitialibus, & locis alijs determinatis in zodiaco. H. signorum. ¶ Tertia est, de inditijs vniuersalibus mutationum aëris, per coniunctiones, & oppositiones luminarium. ¶ Quarta pars est, de inditijs particularibus, quę non Solum fiunt, per coniunctiones, & oppositiones luminariũ, sed etiam, per alias figuras particulares. ¶ Quinta pars est, de inditijs mutationum aëris, per coniunctiones, & aspectus Lunæ cum alijs stellis, & aliarum stellarum adinuicem, & de præsentia Lunæ, &. H. aliarum à Sole, in certis locis zodiaci. ¶ Sexta pars est, de horapluuię, & vbi, & quando fortior, & debilior fuerit, & quæ sint loca aptaadhoc, & de duratione eiusdem. ¶ Septima pars est, de mutatione aëris, per signalia superiora, quę per. H. metheororum scientiam cognoscantur, & quędam alia signalia vulgariter approbata.

¶ Propter motum titubationis.

Alias sequẽtibus.

Prima

PRIMA PARS LIBRI, QVAE EST quasi introductoria sequentiũ: de naturis partiũ cæli, & stellarum, & quattuor temporum anni, climatum, atq; prouinciarum terræ incipit fæliciter.

Capitulum primum. De naturis, & proprietatibus vniuersalibus signorum, & stellarum.

DVodecim sunt signa, quorum qualitates vniuersaliores, &. H. naturę vniuersales, secundum quod Sol operatur in quolibet eorum, & intentio, seu remissio eiusdem naturæ, proueniens ex operationibus communibus stellarum fixarũ, existentium tempore Ptolemei, in partibus prædictorum signorum, secundum longitudinem, & latitudinem, patent: per hanc tabulam sequentem.

Vniuersales naturæ signorum, intẽdũtur, & remittũtur: ex proprietate inerrãtiũ stellarũ, quibꝰ signa ipsa describunt.

¶Hanc tabulam habui in exemplari manu scripto, sed adeo deprauatam, & imminutam, vt quæ in ea continerentur, nequaquam intelligi potuerint. Ne tamen aliquid hic desideraretur, hanc apposui, ex vndecimo capite secundæ partis apotelesmatum Ptolemei, & Haly, eius commentatore, summa diligentia, per me restitutam.

SIGNA.	¶ QVAlitates.	NATVRAE vniuersales signorum.	¶ NATVRAE. 10. primarũ partiũ, & stellarũ, ibi existẽtium, tẽpore Ptole.
¶ Aries. ♈.	¶ Igneum.	¶ Tonitruosũ, & grandinosũ.	10. Primę partes, imbres, & vẽtos cient.
Taurus. ♉	Terreum.	Siccum, & humidum æqualiter: est tamen subcalidum.	10. Primę ptes, ĩ quibus Vergiliæ visũť, sunt turbulentæ, vẽtosę, nebulosę. N. ☿.
Gemini. ♊.	Aëreum.	Tẽperatũ: simile virtuti Iouis.	Humidæ, & noxiæ. Naturæ. ♄
Cancer. ♋.	Aquaticũ.	Serenitatem, & ęstatem efficiẽs.	Iuxta præsepe suffocant, calliginem afundunt. Naturæ. ♂, & parum. ♄.
Leo. ♌.	Igneum.	AEstuat, & suffocat.	Suffocantes, & pestilentes. Naturæ. ☉ &. ♂.
Virgo. ♍.	Terreum.	Humidũ, tonitruosum. Na. ☿. quãdo. ♀. cõmis.	Calidiusculę, & noxiæ. Naturæ. ♂.
Libra. ♎.	Aëreum.	Variũ, & mutab.	Temperatæ. ♃. &. ♀.
Scorpius. ♏.	Aquaticũ.	Tonitruosum, Igneum. Na. ♂.	Ningunt. Naturæ. ♄.
Sgittarius. ♐	Igneum.	Ventosum. Naturæ. ☿ cum. ♃.	Humidæ. Naturæ. ♀.
Capricornus. ♑	Terreum.	Humidum.	AEstuantes, & noxiæ. Naturæ. ♂
Aquarius. ♒	Aëreum.	Frigidum, & aquosum.	Humidæ. Naturæ. ☽
Pisces. ♓	Aquaticũ.	Frigidum. Ventosum.	Temperatæ. Naturæ. ♀

	❡Naturæ. 10. Mediarum partium, & stellarum ibi existentium.	❡Naturæ. 10. extremarum partium, & stellarum ibi existentium.	❡Opera stellarum septemtrionalium, cuiuslibet signi, & earum naturæ.	❡Opera stellarum meridionalium, cuiuslibet signi, & naturæ earum.
♈	10. mediæ ptes, sunt temperatę, virtutis ♃ & ♀.	10. extremę partes, sunt estuosę, & pestilentes. ♂	Septentrionale spatium, æstuãs & noxiũ. Na. ♂	Australe, glaciosum, & frigidiusculum. ♄.
♉	Humectãtes, & frigidę. Na. ♀.	Ignea fulgurũ, & fulminum efficientes. ♂	Temperatum. Naturæ. ♃	Instabile, & ĩcertum. ☿ quando ♄ commiscetur.
♊	Temperatæ. ♃	Mixtę, & incertę. Na. ☿ directi.	Vẽtos ciet septẽtrionalibus, & terras concutit.	Australibus aridum, & æstuosum. ♂
♋	Temperatæ. ♃	Ventosę. Na. ☿ quãdo ♃ iũgit.	Igneũ. Noxiũ. AEstuosum. ♂	Igneum, noxiũ, æstuosum. ♂
♌	Temperatæ. ♃	Siccæ, & Noxię. Naturæ. ♄	Instabile, & igneum. ♂	Humidũ. ☿ quãdo. ♀ cõmiscet.
♍	Temperatæ. ♃	Aquosę. Na. ♄.	Ventosum. ☿	Temperatũ. ♃.
♎	Temperatæ. ♃. & ♀.	Aquosę. ☽ & ♄.	Vẽtosũ ☿ quãdo ♃ commiscetur.	Humidũ, & pestilens. ♄.
♏	Temperatæ. ♃.	Turbulẽtę. N. ☿	AEstuans. ♂	Humectans. ♄.
♐	Temperatæ. ♃	Igneæ. Naturę. ♂	Ventosum ♃ & ☿.	Humidũ, & variabile. ♄. quãdo est ĩ loco humi.
♑	Temperatæ. ♃	Pluuiosæ. ☽ & ☿ quando est commixtus. ☽	Humidũ, & Noxiũ. ♄ quãdo est in loco aquoso.	Humidũ, & noxiũ. ♄. quãdo est in loco aquoso.
♒	Temperatæ. ♀.	Ventosę. Na. ☿.	AEstuans. ♂.	Niuosum. ♄.
♓	Humidæ. ☽.	AEstuantes. Naturæ. ♂.	Ventosum. ♃. & ♀ ad ventos excitandos.	Aquosum. ☽. cũ est in loco aquoso.

Siccum & pestilens. Naturę ♂ restitui debet, ex Gręco exẽplari

Vuodecim ſunt ſigna &c. ¶Hęc particula non eſt niſi ſupertitulus tabulæ præcedentis. Qualitates autem ſignorũ vniuerſaliores, quæ verſus ſiniſtram ponuntur: quaſi ab omnibus authoribus de iudicijs conceduntur: totum autem tabulę reſiduum. H. ſumitur à Ptolemeo, & Haly eius cõmentatore: in ſecundo capitulo, ſecundæ partis quadripartiti ſui. Ità quòd natura illius ſigni, vel partis eius, ponitur ſuperius, ſecundum Ptolemeum, & naturæ ſtellarum fixarum, quæ erant tempore Ptolemei (vt dicit Haly) in illis partibus: ponuntur inferius, ſecũdum Haly. ¶Item ab Omar hoc idem habetur, quòd à Ptolemeo: accipitur à Leopoldo etiam: vnde quilibet iſtorum, fecit vnum capitulum de ſignorũ naturis, ſed totum ſumpſerunt à Ptolemeo: nec eſt ibi credo diſcordia.

D

Immo, capite. 11.

¶Per caractherẽ planetæ, cuius naturæ ipſe fuerint. Leopol. iitio. 6. ptis, in qua agit de mutatione aeris, Cap. 11. 2. lib. Quadripartiti.

¶Notandum ſecundum Haly vbi ſupra, quòd debemus ſcire proprietates locorum, in quibus coniunctiones, vel oppoſitiones, vel in quibus fuerit planeta prædominans: & alia pertinentia ad gubernationem, permiſcendo cum virtute planetæ dominantis, & cum Sole, & Luna, & alijs multis ad hoc requiſitis: vt inde cognoſcamus virtutem vincentem, & ad hoc eſt hęc tabula vtilis valdè. Vnde ſciendum quòd cum proprietatibus vniuerſalibus ſignorum, potes addere, naturas ſtellarum, quæ ſunt tempore moderno in illis ſignis: ſi natura eorunt fuerit conſimilis: vel minuere: ſi diſſimilis. ¶Item ſciendum quòd ſtellæ fixæ, quæ erunt tempore Ptolomei qui fecit librum almageſti non concordant cum ſtellis, quas recitauit Haly fore in prædictis partibus ſignorum, tempore Ptolomei, qui fecit quadripartitum. Et hoc eſt argumentum, quòd fuerint duo: quorum quilibet vocatur Ptolemeus, ſecundum opinionem Albumazaris, in introductorio ſuo magno. Quere ad hoc, & ſolue illud dubium. ¶Item nota ſecundum Haly, vbi ſupra: quòd ſigna ſunt, quæ non habent opera: opera

Duo Ptolemei.

enim ſunt

enim ſunt ſtellarnm fixarum, quæ ſunt in eis: & nominatur quodlibet eorum, ſecundum quòd Sol operatur in eo. Poteſt etiam dici, quòd ſignum accipit nomen, à ſtellis fixis in eo exiſtentibus: quià valde diu manent ibi. ¶Item illa, quæ per prædictam tabulam habentur, dicuntur: ſecundum quòd.H. fuerint tẽpore Ptolemi. Oportet igitur iudicia mutare: quià ſtellæ fixę iam mutauerunt loca. Patet igitur ſecundum Haly, quòd quodlibet ſignum, & ſuæ partes, recipiunt à Sole, & à ſtellis fixis, virtutem: cum qua operantur virtutes Solis, & ſtellarum fixarum. ¶Item Haly dicit ibidem, quòd Pleiades erant tempore Ptolemei.H. in primis gradibus Tauri. ¶Item notandum ſecundum Haly, vbi ſupra: quòd totum ſignum.H.habet talem, vel talem proprietatem:hoc intelligitur dupliciter, vno modo, quòd recipiat à Sole virtutem, quæ concordat cum ſuo opere, cum Sol illud ſignum ingreditur: alio modo, quòd recipiat ab omnibus ſtellis in eo exiſtẽtibus vnam vim, quæ concordat cum complexione, quæ fit per commixtionem omnium ſtellarum illarum. Primum tamen eſt conuenientius dictis Ptolemei. Hæc Haly. Et ego dico, quòd intentio Ptolemei fuit, quòd proprietates ſignorum, in propoſito accipiuntur, ſecundum quòd Sol operatur in eis. Primo, quià hoc magis facit ad ſciendum factum anni, quòd eſt intentum principale Ptolemei in propoſito. Secundo, quia ipſe dicit, quòd proprietas Arietis eſt facere tonitrua, quià æquinoctium fit in eo: æquinoctium autem fit per Solem, & non per ſtellas fixas. Tertio, ipſe dicit quòd naturæ partium Arietis in addendo, vel minuendo fiunt per ſtellas fixas, quæ ſunt in eis. ¶Patet igitur quòd ſigna nonæ ſphæræ, quamuis per ſe ſunt manſiones non habentes opera: tamen attribuimus eis opera, ſecundum quòd Sol operatur in eis diuerſimode: propter diuerſitates ſitus, & ſecundum quòd, Sol inuenit materiam præiacentem, aliter diſ-

Decem primis puto legendum

aliter dispositam, à tēporibus præcedentibus: vnde aliam proprietatem attribuimus Virgini, quam Arieti, quamuis situm cōsimilem habeant: quia alio modo, Sol inuenit elementa disposita ab ęstate, quam hyeme. Et ex his satis patet, qualiter in proposito fiant iudicia, scilicet: vtrum secundum nonam, vel octauam. Patet etiam, quod Sol in eodem signo non operatur similiter, in omnibus climatibus. ¶ Item stellæ fixæ, quę erant tempore Ptolemei, in principio alicuius signi: modo, scilicet: anno domini 1338 vltra medium eiusdem signi: ideo forsan nō easdem experiētias haberemus, de virtute Solis, per signa: sicut Ptolemeus, propter aliam mixtionem stellarum fixarum nunc, & tunc. ¶ Intelligēdum est tamen, quod virtus quæ attribuitur alicui signo, habet magnam latitudinem: ità, quòd secundum naturas stellarum fixarum intenditur, vel remittitur: non tamen corrumpitur, & sic remanet sentētia Ptolemei vtilis valdè: dum tamen acuitas tui intellectus, possit ad hoc sufficere. ¶ Modum autē, per quem te poteris iuuare, de tabula præhabita, inferius te docebo. ¶ Itē iuuamentū ꝙ possumus habere, ex stellis versus septemtrionem, vel versus austrum, fit secundum quod dicit Haly vbi supra: quando accidit pars eclipsis, aut latitudo Lunæ, tempore coniunctionis, vel oppositionis, vel planetæ dominantis, versus septemtrionem, vel austrum, commiscebitur eis virtus stellarum fixarum: quæ sunt versus illam. H. partē. ¶ Item intelligendum secundū Haly, quòd cum dicitur talis. H. pars est temperata: intelligitur hoc, secundum quod caliditas, vel frigiditas, conuenit tempori secundum naturam.

Quia ambo ęquè distant ab æquatore.

De his late trapezūntiꝰ in libro cui titulus est cur astrologorū iudicia vt plurimū sint falsa.

Cap. 13. secundę ꝑtis.

Cap. 11. secundi libri quadripar.

¶ Capitulum secundum, de 28. mansionibus Lunæ.

Mansio-

¶ Manſiones Lunæ ſunt. 28. & nomina earum, atq; gradus nonę ſphæræ, in quibus incipiunt, patent per tabulam ſequentem.

Numerus.	NOMINA STELlarum latina.	¶ QVAlitates.	Initia ſecundū aliquos ad grad⁹. 9. ſph.	Initia ſecūdū Hyſpalenſem.	Initia ſecūdū Abraham de ſeculo.
1	¶ Cornua Arietis.	Cali. hu.	1 ♈	24 ♈	16 ♈
2	Venter Arietis.	Sicca.	13 ♈	6 ♉	28 ♈
3	Caput Tauri.	Cali. hu.	26 ♈	19 ♉	14 ♉
4	Oculus Tauri.	Hu. cali.	9 ♉	2 ♊	21 ♉
5	Caput Canis.	Sicca cal.	22 ♉	15 ♊	7 ♊
6	Sidus paruū lucis magnę.	Cali. hu.	5 ♊	28 ♊	20 ♊
7	Brachium Leonis.	Humida.	18 ♊	11 ♋	9 ♋
8	Nebuloſa.	Calida.	1 ♋	24 ♋	16 ♋
9	Oculus Leonis.	Sicca.	13 ♋	6 ♌	28 ♋
10	Frons Leonis.	Humida.	26 ♋	19 ♌	11 ♌
11	Capillus.	Calida.	9 ♌	2 ♍	24 ♌
12	Cauda Leonis.	Humida.	22 ♌	15 ♍	7 ♍
13	Canis.	Calida.	5 ♍	28 ♍	20 ♍
14	Spica.	Calida.	18 ♍	11 ♎	3 ♎
15	Cooperta.	Humida.	1 ♎	24 ♎	16 ♎
16	Cornua Scorpij.	Hu. cali.	13 ♎	6 ♏	28 ♎
17	Corona ſuper caput.	Hu. cali.	26 ♎	18 ♏	11 ♏
18	Cor Scorpionis.	Frigida.	9 ♏	2 ♐	24 ♏
19	Cauda Scorpionis.	Humida.	22 ♏	15 ♐	7 ♐
20	Trabs.	Cali. hu.	5 ♐	28 ♐	20 ♐
21	Deſertum.	Cali. hu.	18 ♐	11 ♑	3 ♑
22	Paſtor.	Cali. hu.	1 ♑	24 ♑	16 ♑
23	Glutiens.	Calida.	13 ♑	6 ♒	28 ♑
24	Fortunæ ſidus.	Cali. ſic.	26 ♑	19 ♒	11 ♒
25	Papilio.	Frigida.	9 ♒	2 ♓	24 ♒
26	Hauriens primus.	Sicca.	22 ♒	15 ♓	7 ♓
27	Hauriens ſecundus.	Humida.	5 ♓	28 ♓	20 ♓
28	Piſces.	Cali. hu.	18 ♓	11 ♈	2 ♈

¶ Puto in quarta columnula inſcribēdū, ſecūdum Alkindum.

Cap.6. & potissimũ octauo. Initiũ capitis est: & scire ex coniunctione. nõ vt ait. Capite secũdo. Abraham auenaris capite penultimo libri coniunctionũ cui titulus est de mundo vel sęculo. Vt leopoldus Capite primo. 6. tractatus.

¶Mansiones Lunæ & cætera. Hæc tabula. H. extrahitur ex dictis Alkindi, in libello suo de pluuijs, capitulo. H. sexto, & ponit ibi nomina non latina. Item idem de hac materia, in eodem libro, in illo capitulo. H. Cum substantia Veneris & cætera. Item Hispalensis in illo capitulo. Indi distribuunt circulum &c. Item Iaphar in libello suo de pluuijs, versus principium. Item. H. Abraham: de sęculo, in illo capitulo. Sapientes quidem Indorum. Item plures alij. ¶Notandum quòd autores vt in pluribus cõcordant in numero, & qualitatibus mansionum. Vnde si discordauerunt in qualitatibus, hoc non est nisi de vitio scriptoris: & ideo accepi illam qualitatem, in quá plures vidi concordare: ità quòd significat, quod est sicca temperata, humida, discordant tamẽ in nominibus: quià quidam nominant eas in græco, alij in arabico, alij verò in latino, sed non est magna vis ad præsens: vbi autem debemus inchoare, videtur etiam discordia, secundũ quòd patet, per tabulam. Dico tamen, quòd omnes debent concordare, in principijs mansionũ: quià si Venus inceperit à principio Arietis nonæ sphære, alter à principio Arietis octauæ, nõ essent ita concordes in qualitatibus, sicut sunt: & omnes hoc acceperunt ab Indis.

Desiderat. Anno dñi. 1319. quo tẽpore scripsit. 13. grad. & 20. minut. Sed pręcise in. 27. Cap. penultimo. Forte melius si legatᷓ 12. gradus loco. 13. gradus.

¶Videtur tamen, ꝙ. H. Hispalẽsis incipiat à duobus sideribus magnis, quæ cornua Arietis dicũtur: quarũ prima est nũc in vigesimoquarto gradu nonę sphęre, secũdũ quòd intellexit, ex dictis Indorũ: & vnaquæq; est. 13. graduũ, & tertię vnius gradus, vt dicit. Et quod omnes alij etiá tantam. H. quantitatem cuilibet mansioni attribuunt: sed ista computatio, non diuidit totum cælum in viginti octo partes ęquales, & ideo dico: quemadmodum. H. Abraham de sæculo, scilicet, quod quælibet mansio continet duodecim gradus, & quinquaginta duo minuta ferè, ita debet esse, tredecim gradus, & quinquaginta prima minuta. Ipse etiam incipit computationem, per octo gradus ante cornua Arietis, sicut patet in tabula, quia imago

Arietis

Arietis parua est: hoc dicit expresse, quamuis dicat postea, quomodo inueniatur in qua mansioni Luna sit, valde obscuræ: nec bene videntur sua dicta. Ibi concordare cum prædictis: & ideò non indiget ibi expositione. ¶ Videtur quibusdam modernis, quod debeamus incipere, à principio gradus primi Arietis, id est, à primo gradu Arietis nouæ spheræ, sed non videtur cum nominentur secundum stellas fixas, quæ sunt Ibi, Alij etiam volunt, quod incipiunt à principio octauæ spheræ, vnde planetæ, & Luna Solent calculari ad octauam spheram, & dicunt, quod iudicia à formato astronomo, potius fiunt secundum eam, quam secundum nouam. Et ego dico, quod non sufficit, eo quòd motus octauæ spheræ, quem ipsi dicunt: non est, nisi correctio sua ad æquationem, sicut solebat distare locus solis iuuentus per instrumenta, per octo gradus à loco eius iuuento per suas tabulas. Ideò dicebant, quòd hoc, est propter motum octauæ, &c. sicut debet videri in canonibus tabularum. ¶ Dico igitur, quod debemus incipere, sicut dicit abraham, scilicet, per octo gradus ante cornua Arietis: si enim inciperemus à linea æqualitatis, cornua Arietis non essent in prima mansione. Imò vltra medium secundi, nec Aldebaram in quarta, sed vltra medium quintæ, nec cornua Scorpionis in decima sexta sed vltra medium decimæ nonæ. ¶ Item si inciperemus in cornibus Arietis, Aldebaram esset in fine tertiæ, & non in quarta, & cor Scorpionis, in fine decimæ octauæ, & non in decima octaua: Si tamen incipiamus per octo gradus, ante cornua Arietis, erunt versus medium primæ, & Aldebaram, versus medium quartæ, & cor Scorpionis, versus medium decimæ octauæ, sicut debent inueneri. Alia iuconuenientia sunt, secundum quòd id à quo mansio accipit denominatione, sit extra mansionem quam .H. denominat. ¶ Notandum quòd Iaphar versus princi- pium

videtur lecendū que. Capite. 2.

pium, vbi facit mentionẽ, de mansionibus, ꝙ qualitates proueniunt, ex natura stellarum in eisdem situatarum, & ex stellarum dignitatibus, & ex radiorum secũdum fortes aspectus, in eisdem locis proiectionibus. ¶ Item notandum secundum Albumasar, in capitulo secundo, secundæ differentiæ, primi tractatus, sui magni introductorij, quòd multæ gentium, sciunt, quidquid euenit in diebus ex calore, vel frigore, ventis, & pluuijs, ex præsentia Lunæ, in vnaquaq; viginti octo mansionum, & cum viderint vnamquamq; mansionum in occidente manè, dicunt: ꝙ aër mutabitur per vẽtum, pluuiam, vel calorem, vel frigus. ¶ Sciendum quod Iaphar recitat, qualiter antiqui non ponebant nisi viginti septem mãsiones, quià computabãt tredecim gradus, & tertiam vnius, pro vna mansione. H. & alij viginti nouem &c. sed nonest hoc multum vtile, nec est opinio sua, vt dicit: dicit tamẽ posteà, quòd vnaquęq; mansionum, est ex tredecim gradibus, & tertia vnius, & debet incipi computatio, à primo puncto Arietis, sed non dicit cuius Arietis, nonæ videlicet, vel octauæ. Ideò si volueris scire, quæ opinio sit melior, & verior, oportet, quòd per longam experientiam expertus sis, qualiter autem hoc, sit experiendum, videbitur in practicis posteà.

Hoc adiecit.

¶ Item quæritur: quarè hæc partitio potius fit per viginti octo, quam per alium numerum? Et dico: quòd hæc potuit esse caussa: quià iste numerus, est propinquior diebus peragrationis Lunæ, per Zodiacum, sicut diuidimus Zodiacum In 360. quià est numerus abũdãs, propinquior numero dierum, peragrationis Solis per Zodiacum.

¶Annotatio.

¶Superiori capite Firminus asserit hác tabulam fuisse desumptam, ex sexto capite Alkindi: quod tamen falsum esse videtur, quippè qui, in eo loco tantum recenseat decem humidas, & sex siccas, reliquas omnino omittat: ibi etiam, assignat cuilibet mansioni. 13. gradus, &. 20. minuta: quod ostendit hanc tabulam. 28. másionum, non ab illo sexto capite depromptam fuisse: cum ex hac positione, Alkindus tantum. 27. mansiones constituat: nam. 13. gradus, &. 20. minuta, adimplent vigesimam septimam partem Zodiaci, quod diuisione. 360. graduũ, per. 27. probatur: in qua, cedunt cuilibet mansioni præcisè. 13. gradus, &. 20. minuta, quod etiam Iaphar capite. 2. demõstrat, in quo refert, Indos. 27. tantum mansiones recipere, & vnam ex. 28. negligere: illam, in qua Solis, & Lunæ synodus ceciderit. Hanc enim Indi asserunt nullum omnino effectum retinere, Luna cum Sole eam lustrante: quia tunc Luna sub dominio Solis est, vt ait Leopoldus, capit. pimo. 6. tractatus. Vbi etiam dicit, quosdem tantum. 27. mansiones posuisse, & proinde cuilibet mãsioni exactè deberi. 13. gradus. 20. minuta. ¶Item arguunt, Firminum falsò ascribere hanc tabulam Alkindo. Puto tamẽ (etsi superioribus reffragari videar) Firminum vere, & fideliter citare Alkindum: & ex sexto, &. 8. capite, libri sui de pluuijs, hanc tabulam. 28. mansionum collegisse. Verum suspicor, Alkindum in his locis deprauatum, & mutilatum esse: ità quòd loco. 13. graduum, &. 20. minutorum, vel. 13. graduum, & tertię partis: fortè reponere oporteat, duodecim gradus, & ferè. 52. minuta, in toto. 6. &. 8. capite. Sic enim Firminus, capite superiori, restituit penultimum caput, libri de sæculo Abrahæ Auenaris, ibi asserit Firminus cum Abraham Auenare, quãlibet másionem. 12. gradus. 52. ferè minuta, continere: cum tamen ibidem legatur. 13. gradus, &. 51. minuta. ¶Si itaq; cuilibet mansioni debentur. 12. gradus, &

52. minuta, concludere necessario oportet, Alkindum: 28. assignasse mansiones, quas etiam omnes, capite vltimo enumerat: in quo dicit (& etiam Abraham Auenaris, penultimo capite, libri de sæculo) quodlibet signũ, duas mansiones, & tertiam vnius comprehendere: ex quo cõsequitur, Alkindum. 28. mansiones constituisse: nã sunt. 12. signa, quæ. 24. mansiones integras representant (quià cuilibet signo, cedunt duæ integræ) & 12. tertiæ quæ supersunt, quattuor reliquas absoluunt: cedunt eñ cuilibet, tres tertiæ. Apparet itaq; ex nũero. 28. mansionũ, locos Akindi pręmissos, ità (vt dixi) repurgandos, quià cũ sint 28. mansiones, oportet quamlibet cõstare. 12. gradibus, 51. minutis, 25. secũdis, 42. tertijs, 51. quartis: ita vt prima, ab initio Arietis, extẽdatur ad. 12. gradũ, 51. minutũ. 25. secundum. 24. tertiũ, 15. quartũ eiusdẽ. Secũda, hic incipiet, & desinet, in. 25. gradum, 42. minutũ, 51. secũdũ, 25. tertium, 42. quartũ ipsius Arietis: post hanc, relinquitur tertia pars sequentis, scilicet. 4. gradus, 17. minuta. 8. secunda, 34. tertia, 18. quarta, Relictam hanc tertiã triplabis: & triplatam immittes in signũ Tauri, & vbi ceciderit: erit finis tertiæ mansionis. Hac via habebis. 28. mansiones, secundum sententiã Alkindi, videlicet: quantitatẽ vnius, reliquis superaddẽdo, quousq; ad finẽ zodiaci pueneris.

❡Hęc volui in gratiã, studiosorum astrologiæ, de numero, & quantitate mansionũ, pręmittere: superest earũ nomina, & qualitates assignare: quod longum est, & difficillimũ præscribere: quià vix duo ex ijs, qui de nominibus mansionũ aliquid scripserunt: sibi consentiũt: immo, quã varijs, & diuersissimis nuncupant nominibus. Alij enim, mãsionibus nomina indica indiderunt, alij gręca, alij arabica, nõnulli etiã, caldaica: nõnulli omnino deprauata, & corrupta: & interim, idem alijs, atq; alijs vocat nominibus: quod maximũ lectori facessere solet negotium. Eo itaque, vt studiosi astrologiæ leuarentur, de ipsis me bene mereri mihi persuasi: si omnium mãsionum nomina, in compen

compendium, & tabellam redigerem, quà omnes artis iudiciariæ authores, in hac re concordes, & sibijnuicem cõsentientes redderentur. ¶ Hanc itaq; tabulam astrologiæ candidatis (tedij, & summi laboris vitandi gratia) recens collegi: ne posthac nominum homonimia decipiantur. ¶ Huius autem tabulę talis est ingressus. Primum in tabula sequenti sunt octo colũnæ. In prima: est numerus mansionum. In secunda: sunt naturę, & earum qualitates. In sequentibus: sunt nomina mansionum, prout cuiq; eorum qui infronte cuiusq; columnæ nominatur: eas appellare libuit. Cũ itaq; apud horum aliquem, nomen alicuius mãsionis quiuis inuenerit, & quota, & qualis ipsa fuerit scire voluerit: primum superius nomen authoris in columna perquirat, & eo reperto: per eius columnullæ cãcellos rectà descendat, quousq; ipsum nomẽ in area inuenerit: à quo in sinistram rectè ad secundam columnam procedat: & illi sese offeret natura, & qualitas ipsius mãsionis, necnõ ordo, & numerus rus ipsius. In columnis etiam reliquis: videbit quo quisq; eam appellauerit mansionẽ, habita semper tituli, & nominis suprascripti ratione. ¶ His præmissis, & accommodè prælibatis: venio ad qualitates, in quibus assignandis, astrologi parũ discordes esse videntur. ¶ Alkindus capite. 8. facit. 28. mansiones, vt supra diximus. Inter quas constituit vndecim humidas: quartam, septimã, decimam, duodecimã. quindecimam, decimãsextam. decimamseptimam, decimamnonam, vigesimam, vigesimamsecundam, vigesimamsextam. Verum: idem capite sexto decẽ tantũ humidas enumerat, vna omissa, nempè decimanona tabulæ sequentis: quã etiam Iaphar, & author summæ anglicæ (qui ex Iaphar suas deprõpsit mãsiones, vt ipse testatur) facit temperatam, & mediam, quod etiam Indis consentaneũ est: qui. 27. tantũ mansiones asserunt, decẽ humidas, vndecim temperatas, & sex siccas, quos sequi capite. 6. Alkindum: concludere oportet, vel (quod probabile est) vnam capiti. 6. ascri-

Tabulæ sequẽtis ingressus.

bendam censemus: vt vbiq; Alkindus sibi consentiat, ea est in tabula sequenti, decimanona: quæ capite. 8. Alkindi, dicitur: Eahneletu. Author summæ anglicę, recēset ex Iaphar. 27. mā- siones: decem humidas, sex siccas, vndecim medias. Humidas ponit: quartam, septimam, decimam, duodecimam, quindecimam, decimamsextam, decimamseptimam, vigesimam, vigesimamsecundam, vigesimamseptimam, quarum tamen vna, scilicet: decima septima, in Iaphar iniuria temporis, vel bibliopolę incuria, omissa est: quæ tamen, ex summa anglica, illic est reponenda: Tres etiam mediæ, vel temperatæ mansiones, in Iaphar, ab impressoribus relictæ sunt: quas restituere oportet, ex summa anglica, ob causam, quam prædiximus. Illę sunt in tabula sequenti: vndecima, decimanona (quam tamen Alkindus, capite octauo, humidam facit) & vigesimaprima. Has in suo ordine collocauimus, in tabula sequenti. Abrahā Auenaris, capite penultimo, libri de sęculo, facit viginto octo mansiones: & earum, decem tantum humidas: ità vt omiserit, sextam humidam, quæ est in sequenti tabula, decimasexta. Conijcerem illum, Indos illic sequutū fuisse: qui (vt diximus) decem tantum humidas constituunt. Verum relinquerentur duodecim tēperatæ, cum tamen nunq; plusq̄ vndecim à quoquam positę sint. Nescio, an duodecim temperatas posuerit: quià illarum numerum non præscribit, ait enim, decem humidas, & sex siccas, & reliquas temperatas esse: quod ostendit duodecim temperatas fecisse. Hæc tuo iudicio relinquimus.

¶Nomina manſionum deprauata, quæ paſſim in Aſtrologia lectoribus occurrunt.

Numer.	¶Qualitas.	¶Nomina ex Alkindo.
1	Temperata.	Nathu, Saran.
2	Sicca.	Batini. Katun. Barmi.
3	Temperata.	Eoria. Eona.
4	Humi. mul.	Aldebaran. Dabatan. Dabiran.
5	Sicca.	Hakaaru. Meiſen. Hakahacu. Alhakaatu.
6	Tem. rorid.	Naihetu. Kamekalacel. Alcenmaau.
7	Humida.	Aldarhau. Earhao. Earhau.
8	Temperata.	Natretu.
9	Sicca.	Carfu. Alcharfu.
10	Humida.	Gabietu. Gabihetu. Algebaha.
11	Temperata.	Karaten.
12	Humi. mul.	Alcharfatin. Iearafatin. Tarfacu. Carfatai.
13	Temperata.	Hane. Ethane.
14	Tempe. ro.	Schamhot. Alkahata. Alahakatu. Alkahatu.
15	Humida.	Garafu. Garfu. Algafaru.
16	Humi. mul.	Eubene. Alcabene. Eubenen.
17	Humi. mul.	Ikilil. Iklil. Alikebil.
18	Sicca.	Kalbi. Calbu. Alkebu.
19	Humida.	Xanelen. Eahneletu.
0	Humida.	Alnahaumi. Gahanu. Nahannu.
21	Temperata.	Beledetu.
22	Humi. mul.	Cohoudualeabay. Alkahabhu. Coonduhaleubai.
23	Temperata.	Coondubalagi.
24	Tempe. ro.	Coonalcoondi. Condualciondi. Alchocaden.
25	Sicca.	Coonalhakabieti, Coõdualhakabieti, Alakehameta
26	Sicca.	Fargus primus. Alfaragu.
27	Humi. mul.	Fargus poſtremus. Fargu.
28	Temperata.	Batane.

Nume.	¶Ex Iaphar.	¶Ex Alphragano.
1	Anathe.	Anat, Anathat, Asserthem.
2	Albutain.	Albuham.
3	Athoteae.	Athiatæ.
4	Aldebaran.	Adaram.
5	Alhara.	Alabatar, vel Almusæ.
6	Alanaht.	Alhanach.
7	Aziraa.	Addirach.
8	Alaracen.	Anatetha.
9	Aatars.	Atharephe.
10	Aliebecha.	Aldeploch.
11	Alboracon.	Algubra. Alkaratem.
12	Azarpha.	Ascrapha.
13	Achine.	Alhohoc.
14	Azunet, vel azimech.	Almachaldes.
15	Algafra.	Pealgapheræ.
16	Alidan.	Deallobenæ, vel Senbenē Scorpij.
17	Alchil.	Alitulus.
18	Alkebtonda.	Cor Scorpionis.
19	Azolaa.	Ansula, vel Acus.
20	Alnadan.	Anacin.
21	Albedach.	Albeadan.
22	Albedach, vel Albelelah.	Fortuna decollantis,
23	Malcharehc.	Fortuna deducentis.
24	Caadbalag vel Caadaceaad.	Fortuna fortunarum.
25	Alfragal.	Fortuna centoriorum.
26	Raukaden.	Alphara præcedens.
27	Alfarg.	Alphaar, subsequens.
28		Venter Piscis.

¶Ex Leopoldo.

Nume.	¶Ex Leopoldo.	¶Ex Haly Abenragel.
1	Alnazre.	Alnatha.
2	Albuthan.	Albethai.
3	Alchoraie.	Althoraie.
4	Aldebarin.	Addauennan.
5	Azima.	Alhathaya.
6	Alanato.	Alhana. Atabuen.
7	Aldurach.	Addirach.
8	Anathehel.	Alnayra.
9	Altarff.	Attraaif.
10	Alhehit.	Algebhe.
11	Agebera.	Azobrach.
12	Alzarpha.	Azarfa.
13	Alhau.	Aloce.
14	Azimech.	Azimech.
15	Algofra.	Algarf.
16	Alburator.	Azebone.
17	Alichil.	Alidil.
18	Alkalb.	Alcalb.
19	Arfenila.	Yenla.
20	Alnabaan.	Alimain.
21	Albelda.	Albeda.
22	Maldaboha.	Sahaddadebe.
23	Zadazeben.	Zadebolal.
24	Azoot.	Zaadeſcod.
25	Alhabia.	Sadalabbia.
26	Albumabher.	Fargalmocaden.
27	Almukeden.	Alfargamahar.
28	Alothem.	Bathnealoth.

¶Ex epheme.

Numerus.	❡Ex ephemeride Stoflerini.	Ex summa Anglica.	❡Ex Abraham Auenare.
1	❡Alnat.	Anathar.	
2	Alothaym.	Albuchac.	Albatan.
3	Athoraye.	Azimech.	
4	Aldebarã. Aldelamen	Aldelamen	Aldebaram.
5	Alchataya.	Alhikaa.	Alraras.
6	Alchaya.	Alhanach.	
7	Alaryach.	Azarna.	Aldiraha.
8	Anatrachia.	Almazia.	
9	Alcharph.	Alcayf.	Alkala.
10	Ageliohe.	Algehay.	Algabaha.
11	Azobra.	Alboracon	
12	Azorpha.	Azarfaz.	Asarphy.
13	Alhayre.	Allaxe.	
14	Azimech. Alhumech.	Azymech.	
15	Algarpha.	Alfare.	Algaphar.
16	Ahubene.	Alzubun.	
17	Alchil.	Alhil.	Alkalif.
18	Altoh.	Acalb.	Alfaan.
19	Achala, Alatha.	Azolaa.	Alxula.
20	Abnahaya.	Alneyn.	Albada.
21	Abedach	Albedach.	
22	Sadahacha.	Alzubohẽ.	Alpraga.
23	Sabadola.	Zoadlebet.	
24	Sadahad.	Zodazoc.	
25	Sadalachia. Papilio.	Coadabac.	Alkibie.
26	Alpharg.	Alfarha.	Alpargalmadiã.
27	Alcharga.	Alfare.	Almochat.
28	Albotham.		

¶Annotatio.

¶Habes studiose lector, tabulam superius positam, à Firmino vndiq; collectam, & ad nonam sphæram (quamuis non exactè) supputatam, quam restituere nunc primum curauimus, & eam diligenti cura, ac calculo exactiori ad nonam sphæram supputauimus, necnon ad octauam, ad nostra etiam tempora reduximus, & hanc anno domini millesimo quingentesimo trigesimonono, in meridie vltimæ diei Decembris, accuratissimè examinauimus. Habes insuper in tabula proximè præcedente, nomina mansionum ferè omnia mutilata, quæ in tota astrologia passim circunferuntur. Ista tamẽ in tabula sequenti emendauimus, & ex codice arabico restituimus, opera, & fauore Guillermi Postelli Barentonij, regij, ac peritissimi linguarum peregrinarum professoris. ¶ Cęterum tabulę sequentis, ac præcedentis, similis omnino est vsus: nisi quòd in sequenti reponentur nomina peragrationum Lunæ arabica, & latina: & quòd alia mansionum tabulæ sequentis sint initia. Numerus priori respondet. Qualitates cum superioribus æedem.

Peragra-

¶Peragrationes Lunæ, ſub noni orbis ſignifero, examinatæ. Anno domini. 1539. ad meridiem vltimę diei mēſis Decembris per Phil. Io. ad Meridianum Lutetiæ.

Numeri	Qualitas.	¶Nomina Arabum.	gr.	mi.	Se.	ter.	Si.
1	Tempera.	Elſartin.	12	51	25	43	♈
2	Sicca.	Elbotin.	25	42	51	26	♈
3	Humida.	Eltheuriaæ.	8	34	17	9	♉
4	Hum. Fri.	Eldebaran.	21	25	42	51	♉
5	Sicca.	Elhakeeth.	4	17	8	34	♊
6	Tempera.	Elheneet.	17	8	34	17	♊
7	Humida.	Elderagh.	30	0	0	0	♊
8	Nubi. Tē.	Elnetherah.	12	51	25	43	♋
9	Sicca.	Eltarph, Eltuapha.	25	42	51	26	♋
10	Humida.	Elgehet.	8	34	17	8	♌
11	Tempera.	Eldebareh.	21	25	42	51	♌
12	Humida,	Eltzarphah.	4	17	8	34	♍
13	Tempera.	Elgoua.	17	8	34	17	♍
14	Tempera.	Elſemac.	30	0	0	0	♍
15	Humida.	Elgaphara.	12	51	25	43	♎
16	Frig. Hu.	Eldebani, vel, Na,	25	42	51	26	♎
17	Humida.	Elachlil.	8	34	17	8	♏
18	Sicca.	Calb.	21	25	42	51	♏
19	Humida.	Elſuleh.	4	17	8	34	♐
20	Humida.	Elnogaim.	17	8	34	17	♐
21	Tempera.	Elbeldeh.	30	0	0	0	♐
22	Humida.	Dhabih.	12	51	24	43	♑
23	Tempera.	Sehed eliehgh.	25	42	50	26	♑
24	Tempera.	Sehed elſuhud.	8	34	16	8	♒
25	Sicca.	Sehed elahaicth.	21	25	41	51	♒
26	Sicca.	Elphereg, Elmutidem.	4	17	7	34	♓
27	Humida.	Elphereg, Elmuacher.	17	8	33	17	♓
28	Tempera.	Beten & huthaut reſſa.	30	0	0	0	♓

Inambulationes Lunæ, sub octaui orbis signifero, rectificatæ eodem anno quo superiores, die etiam, & hora, ac per eundem.

Nume.	Qualitas.	Nomma latina.	gr.	mi.	Se.	ter.	Si
1	Tempera.	Cornua Arietis.	20	7	11	44	♈
2	Sicca.	Venter: seu cauda ♈	2	58	37	27	♉
3	Humida.	Pleiades.	15	50	3	10	♉
4	Hum.Fri.	Caput: siue oculus ♉.	28	41	28	53	♉
5	Sicca.	Cornua Tauri.	11	32	54	35	♊
6	Tempera.	Pedes Geminorum.	24	24	20	18	♊
7	Humida.	Brachia Cancri.	7	15	46	1	♋
8	Nubi. Tē.	Præsepe, duo aselli.	20	7	11	44	♋
9	Sicca.	Caput Leonis.	2	58	37	27	♌
10	Humida.	Ceruix Leonis.	15	50	3	10	♌
11	Tempera.	Dorsum, vel crines ♌.	28	41	28	52	♌
12	Humida,	Cauda ♌, caput ♍.	11	32	54	35	♍
13	Tempera.	Cingulum Veneris.	24	24	20	18	♍
14	Tempera.	Vindemiator.	7	15	46	1	♎
15	Humida.	Pedes ♍, vel Spica.	20	7	11	44	♎
16	Frig. Hu.	Lances ♎, cornua ♏.	2	58	37	27	♏
17	Humida.	Frons Scorpij.	15	50	3	10	♏
18	Sicca.	Cor Scorpij.	28	41	28	52	♏
19	Humida.	Cauda Scorpij.	11	32	54	35	♐
20	Humida.	Arcus, vel manus ♐.	24	24	20	18	♐
21	Tempera.	Posterior pars ♐.	7	15	46	1	♑
22	Humida.	Pastor, vel caput ♑.	20	7	11	44	♑
23	Tempera.	Venter, & cauda ♑.	2	58	37	28	♒
24	Tempera.	corpus ♒, sidus fortunę	15	50	3	10	♒
25	Sicca.	Amphora, & aqua ♒.	28	41	28	52	♒
26	Sicca.	Prior Piscis.	11	32	54	35	♓
27	Humida.	Cauda prioris ♓.	24	24	20	18	♓
28	Tempera.	Cinguli medium.	7	15	46	1	♈

¶Copitulum tertium. De ſignis pluuioſis.

ITem ſigna pluuioſa ſunt: Cancer, Leo, Scorpius, Sagittarius, Aquarius, Piſces. Partes autem ſignorũ, quę potiſſimum dicuntur humidę ſunt: finis Arietis, principium Tauri, finis Capricorni, principium Aquarij, principium Leonis. Signa autem. H. paucorum imbrium, ſunt: Taurus, præter eius principium: Gemini, Virgo, Libra. Item Capricornus plus habet frigoris, & ſiccitatis, quá pluuiæ. ¶Item ſigna, pluuioſa &c. Hæc particula extrahitur, à quodá. H. libro de pluuijs, qui incipit. Cum multa: in duobus locis &c. Item Omar in vltimo capitulo. Itẽ Alkindus in vltimo capite. Itẽ Hyſpalenſis in capitulo. Volens ſcire &c. Item. H. Leopoldus in duobus locis. Item quod vnus accepit ab alio, quandoq;, id quidẽ dicit. Item Abraham de ſęculo, in capitulo: Dicit Iacob &c. ¶Notandum quòd ille author, cuius liber incipit Cũ multa, enumerat Capricornũ inter ſigna pluuioſa: & poſteà dicit, quòd plus habet frigoris, & ſiccitatis, quam pluuiæ. Hoc exponit, quià cum Luna in locis alijs pluuioſis applicans Veneri, ſignificet pluuias (quamuis non ita fortiter, ſi Venus nõ ſit in locis pluuioſis) tamen Luna non facit in Capricorno pluuias, niſi ſtellas in loco aquarũ videat, & cũ Luna, & Mars in Capricorno aſpicient Venerem, & Mercurium,. H. tunc enim, non obſtante Marte pluuias ſignificaret. In alijs autem ſignis pluuioſis, non ità apparet effectus reſecationis luminis, ſicut intelligo iſtum authorem. ¶Item ſciendum ſecundum iſtum authorem, & alios, qui etiam hoc recitãt: quòd Piſcis, eſt ſignũ pluuioſum, propter riuos quos habet, & flumina, & Sagittarius etiam, propter maria, quæ in eius extremo exiſtunt: & Scorpio, propter ſua loca, & littora: hoc poteſt exponi, ſcilicet: quòd iſta ſigna habent iſta in ſuis conſtellationibus figurata: vel ſic, quòd iſta ſigna, habent maius dominium in locis

Adhuc deſideratur.

Præſertim capite primo ſextæ partis. Capite de pluuiis.

Mars ipſi Lunæ lumen ab eis reſecat, & ꝓhibet, niſi ſit in ipſa cõiunctione eorũ, vel oppoſitiõe.

minium, in locis terræ aquosis. H. sicut sunt maria. ¶ Sciendum, quòd Omar dicit, quòd pręcipuè Aquarius, & Leo, sunt aquatica, &. H. Hyspalensis dicit, signa pluuiæ, & signatiua aquæ, sunt, Aquarius, finis Capricorni, Aries, Taurus, Leo, his fortiora, Piscis, Aquarius, Scorpio. Alkindus dicit, quòd loca pluuiosa sunt, Aquarius, finis Capricorni, Arietis, & Tauri, principium Leonis, & amplius illis Scorpius, Piscis, & Aquarius: ità, quòd Hyspalẽsis ab Alkindo hoc accepit. ¶ Item Abraham de sęculo, dicit, quòd signum Aquarij significat aquas, propter stellas, quæ effusor appellantur. Similiter etiam signũ Leonis, propter figuram nauis, quę in eo existit. ¶ Dubitatur, vtrum istæ naturę signorum, debeantur signis octauę, vel nonæ spheræ: videtur, quòd. H. nonæ, quià domus capiũtur in nona, & ille author, cum multa. &c. dicit, vtráq; domus Saturni est pluuiosa, &c. Oppositum patet, quià causa quare sunt pluuiosæ, est propter stellas fixas, quæ sunt in eis, vt dictum est. Stellæ autem fixæ, sunt in octaua. Quere de hoc.

Non extat liber de mutatione aëris illi⁹ quadripartitũ, de naturalibus, breui excudendũ curauim⁹.

¶ Capitulum quartum, De mutatione naturæ signorum.

ITem naturæ signorũ mutantur, propter motus eorum in circunferentia, quia eorum calidum, efficitur frigidum, & humidũ siccum. Taurus in oriente est tepidus: in occidente frigidus. Gemini in oriente calidus, & siccus: in occidente frigidus, & humidus. Cancer in oriente calidus, & siccus: in occidente frigidus, & humidus. Leo est in oriente calidus, & siccus: in occidente frigidus, & humidus. Virgo in oriente calida, & tepida: in occidente frigida, & humida. Sagittarius in oriente frigidus, & humidus: in occidente calidus, & siccus. Capricornus in oriente frigidus, & siccus: in occidente frigidus, & humidus. Aquarius in oriente, & Piscis,

ambo sunt frigidi, & sicci: & in occidente frigidi, & humidi.

cap.primo vbi agit de signis,

¶ Item naturæ signorum &c. Hæc habentur in libro. H. Haly Abenragel, in principio primæ partis: hoc etiam exponitur sic, verbi gratia. Sole existente in aliquo signorum, quæ sunt calida in oriente, & occidente frigida, si fuerit significatio super caliditaté, plus apparebit illa die. H. caloris in mane, quam in vespere, ceteris paribus. Et sic de alijs, vel sic. Quando significatores temporum fuerint in aliquo signo, quod fuerit calidum in oriente, & frigidum in occidente, si significauerunt caliditatem, prius apparebit effectus in partibus terræ versus orientem, quam versus occidentem. H. Si verò frigiditatem: fiet econuerso. Vel sic. Si aliquod signum esset in oriente, hora coniunctionis, vel oppositionis, vel alijs temporibus significationis: magis apparebit effectus caliditatis, si fuerit calidus in oriente, & frigiditatis in occidente: quam si esset in alia domo, scilicet: in parte occidentali, & sic de alijs. Primi autem duo modi, magis mihi vidétur ad propositum. ¶ Item sciendum, quod non facit mentionem de Ariete, quià fortè effectus. H. eius non sunt ità fortes, vel inuariabiles, vel quià, non habemus librum correctum.

¶ Capitulum quintum. De dignitatibus planetarum.

¶ Dignitates eſſentiales planetarum, & quis eorum ſit Almuten, in vna quaque partium cæli, atque ventus triplicitatis cuiuſlibet, ſcilicet ſigni, patent ex tabula ſequenti.

			¶ Domini triplicitatum.		
	¶ Domus.	Exaltatio.	¶ Primæ.	¶ Secundę.	¶ Tertię.
♈	Mars.	Solis.	Sol.	Iupiter.	Saturnus.
♉	Venus.	Lunæ.	Venus.	Luna.	Mars.
♊	Mercurius.		Saturnus.	Mercurius.	Iupiter.
♋	Luna.	Iouis.	Venus.	Mars.	Luna.
♌	Sol.		Sol.	Iupiter.	Saturnus.
♍	Mercurius.	Mercurij.	Venus.	Luna.	Mars.
♎	Venus.	Saturni.	Saturnus.	Mercurius.	Iupiter.
♏	Mars.		Venus.	Mars.	Luna.
♐	Iupiter.		Sol.	Iupiter.	Saturnus.
♑	Saturnus.	Martis.	Venus.	Luna.	Mars.
♒	Saturnus.		Saturnus.	Mercurius.	Iupiter.
♓	Iupiter.	Veneris.	Venus.	Mars.	Luna.

¶ Tabula graduum puteorum.

♈	6	11	16	23	29		♎	1	7	20	30		
♉	5	12	24	24	25		♏	9	10	22	23	27	
♊	2	12	17	26	30		♐	7	12	15	24	27	30
♋	12	17	13	26	30		♑	2	7	17	22	24	28
♌	6	13	15	22	23	28	♒	1	12	17	24	29	
♍	8	13	16	21	25		♓	4	9	24	27	28	

DOMINI TERMINORVM.						Domini facie. Pri.	Sec.	tert.
♈	♃ 6	♀ 6	☿ 8	♂ 5	♄ 5	♂	☉	♀
♉	♀ 8	☿ 6	♃ 8	♄ 5	♂ 3	☿	☽	♄
♊	☿ 6	♀ 6	♀ 5	♂ 7	♄ 6	♃	♂	☉
♋	♂ 7	♀ 6	☿ 6	♃ 7	♄ 4	♀	☿	☽
♌	♃ 6	♀ 5	♄ 7	☿ 6	♂ 6	♄	♃	♂
♍	☿ 7	♀ 10	♃ 4	♂ 7	♄ 2	☉	♀	☿
♎	♄ 6	☿ 8	♃ 7	♀ 7	♂ 2	☽	♄	♃
♏	♂ 7	♀ 4	☿ 8	♃ 5	♄ 6	♂	☉	♀
♐	♃ 12	♀ 5	☿ 4	♄ 5	♂ 4	☿	☽	♄
♑	☿ 7	♃ 7	♀ 7	♄ 4	♂ 4	♃	♂	☉
♒	☿ 7	♀ 6	♃ 8	♂ 5	♄ 5	♀	☿	☽
♓	♀ 12	♃ 4	♃ 3	♂ 9	♄ 2	♄	♃	♂

TABVLA GRADVVM LVCIDORVM, tenebroſorum, vacuorum, & fumoſorum.

♈	Ten. 3.	Luc. 5.	Ten. 8.	Lu. 4.	Va. 4.	Luc. 5.	Vac. 1.
♉	Ten. 3.	Luc. 4.	Vac. 5.	Luc. 3.	Va. 5.	Luc. 8.	Te. 2.
♊	Luc. 4.	Ten. 3.	Luc. 5.	Va. 4.	Lu. 6.	Te. 5.	Vac. 3.
♋	Lu. 12.	Ten. 2.	Vac. 4.	Fu. 2.	Luc. 8.	Va. 2.	
♌	Te. 10.	Fum. 2.	Vac. 5.	Luc. 5			
♍	Ten. 5.	Luc. 3.	Vac. 2.	Lu. 6.	Fu. 6.	Vac. 5.	Te. 3.
♎	Luc. 5.	Ten. 5.	Luc. 8.	Te. 3.	Lu. 6.	Vac. 3.	
♏	Ten. 3.	Luc. 5.	Vac. 6.	Lu. 6.	Fu. 2.	Vac. 5.	Te. 3.
♐	Luc. 9.	Ten. 3.	Luc. 7.	Fu. 4.	Lu. 7.		
♑	Ten. 7.	Luc. 3.	Fum. 5.	Lu. 4.	Te. 3.	Vac. 3.	Te. 5.
♒	Fum. 4.	Luc. 5.	Ten. 4.	Luc. 8.	Va. 4.	Luc. 5.	
♓	Ten. 6.	Luc. 6.	Ten. 6.	Lu. 4.	Vac. 3.	Luc. 3.	Te. 2.

¶ Dignitates essentiales &c. Hoc est titulus tabulæ dignitatũ essentialium,& extrahitur,ex introductorio Alchabitij : & ex quadripartito Ptolemei, in decimo octauo,decimo nono, vigesimo, vigesimo primo, vigesimo secundo capitulis, primæ partis,& ex quinto tractatu,introductorij.H.magni,quasi per totum: & secundũ plures alios. Tabulam autẽ Almuten composui,per computationem plurium dignitatum,secudũ quod, dominus domus,habet quĩq; fortitudines:exaltationis.4. triplicitatis,tres:termini,duas:faciei,vnam. Tabulã autem ventorum, secundum Ptolemeum extraxi, ex dictis Ptolemei, & Haly.19.cap.primæ partis quadripartiti. Tabulam autem secũdũ Albumazar,ex.H.27. differẽtia, sexti tractatus, sui magni introductorij.Tabulã autem secũdũ Iaphar, accepi, ex libro Iaphar de pluuijs, ĩ fine libri,in ꝑte quę ĩcipit.H.Aut occurrit. ¶ Sciẽdũ,quod Ptolemeus posuit totũ Arietẽ, ꝓ exaltatiõe Solis,& sic de alijs. Alij aũt plures, ponũt exaltatiões planetarũ,ĩ determinatis gradibus,illorũ signorũ. ¶ Itẽ dñi triplicitatũ, q̃ superius ponũt, admodũ glossæ ĩterlinearis,secũdũ opinionẽ Ptolemei sicut & illud,ꝙ directè scribit, secũdũ alios. Itẽ termini ęgyptiorũ,à pluribus approbãt,& propter hoc.H. tm̃ ponũtur. ¶ Itẽ magna est discordia, ĩ situationibus vẽtorũ quere de hoc ĩferius,vbi faciã mẽtionẽ de planetarũ vẽtis,& de qualitatibus habitationũ. Sciẽdũ,secũdũ quẽdã de imaginibus quòd quando aliqua triplicitas,& eius domini,sunt fortes:& incipit vẽtus illius triplicitatis flare,ille vẽtus est durabilis. Si aũt ĩceperit,illis existãtibus debilibus, nõ durabit.Itẽ qualitates vẽtorũ,sũt secũdũ qualitates locorũ,à quibus veniũt,secũdũ quod patebit inferius. ¶ Itẽ sciẽdũ,secũdũ Iaphar,quòd Solis cõuersio per signa, tẽporis mutatiões reducit.Vnde quã ꝑtẽ, de quattuor nũdi ꝑtibus obtineat summopere notãdũ.H. Nõ minus quoq;,notãda Lunaris à Sole receptio,& qs fuerit,in eius oppositione.H. notãdus. Solis nãq; ĩ ariete discursus, oriẽ

D iij talem ven-

Ex differẽtia prima.

Albumazaris, intellige.

Huius initium est. Deinceps est ea disti. Poti9 lege, hic etiã notandum occurrit.

Tempore exciderant & ideo: superius apposui.

Capi. vlti.

Mod9, vel quid simile, hic desideratur.

talem ventum, vſq; in finem Geminorum, generat. Quæ hic tabulantur, quandoq; in proceſſu facient ad propoſitum. Et omnes etiam concedunt, quòd Aries ſit maſculinus. Taurus verò fœmininus, & ſic de alijs conſequenter.

¶Annotatio.

¶Firmini capite ſuperiori, meminit tabulæ Almutan & ventorum, ſecundum Ptolemeum, & Haly, & Albumazar, & Iaphar: quæ omnino iniuria tēporis excidere. Has tamen nunc primum reſtituimus, & inferius adſcripſimus.

¶TABVLA ALMVTAN.

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽		♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
♈	5	5	8	8	3	2	0	♎	10	6	2	0	7	5	1
♉	3	2	5	0	10	3	8	♏	2	2	11	1	6	2	3
♊	5	6	3	1	2	10	0	♐	6	10	2	3	2	3	1
♋	2	6	5	0	6	3	9	♑	7	3	10	1	5	2	3
♌	6	6	3	8	2	2	0	♒	10	5	2	0	3	6	1
♍	2	2	5	1	6	12	3	♓	3	8	6	0	9	2	3

¶TABVLA VENTORVM.

Quattuor triāgula.	Secūdum Prole. & Haly.	Secundum Albumazar.	Secundum Iaphar.
Borrolybicū.	♈ Excitat ventos ♌ aquiolonares, ♐ & Africos.	♈ Subſolamini. ♌ Cœciam. ♐ Vulturnum.	♈ Apelioten. ♌ Circium. ♐ Libonolum.
Auſtriſolaūū.	♉ Excitat ventos ♍ meridionales, ♑ & orientales.	♉ Euroauſtrum. ♍ Africū auſtralē ♑ Auſtrum.	♉ Cœciam. ♍ Chorum. ♑ Auſtrum.
Borra pelioticum.	♊ Excitat ventos ♎ orientales, & aquilonares.	♊ Chorum. ♎ Fauonium. ♒ Aphricum.	♊ Boream. ♎ Zephirum. ♒ Euroauſtrum.
Notolybycū, vel, Auſtriafricum.	♋ Excitat ventos ♏ occidētales, & ♓ meridionales.	♋ Apauctiam. ♏ Circium. ♓ Aquilonem.	♋ Aparitiam. ♏ Aphricum. ♓ Vulturnum.

¶Capitulum sextum. De aspectibus planetarum.

STellæ dicuntur esse in gradibus, in quibus fiunt accordamenta, quandò sunt .H. coniunctæ, vel oppositæ, vel cum de tertio, vel quarto, aut sextili, dextro, vel sinistro se aspiciunt: aut in gradibus, æqualiter elongatæ: ab altero æquinoctiorum, vel ab altero tropicorum & cætera.

¶Stellæ dicuntur esse & cætera. Pars huius habetur à Ptolemeo, & Haly, in decimoquarto capitulo, primæ partis quadripartiti, & alia pars, in decimo quinto capitulo, eiusdem primæ partis. ¶Item etiam Albumazar, in tertia differentia, sexti tractatus: & breuiter, omnes concedunt istos aspectus, imò, quasi tota astronomia, & ex istis principalibus, magis, quam de quibuscumq; alijs. ¶Notandúm secundum Ptolemeum, in quarto capitulo primæ partis, quòd per rectificationem figurarum, quam faciũt planetæ in respectu Solis, & Lunę, cognosces virtutes omnium planetarum, quià tunc mutãdo aërem, augendo, vel minuendo, à virtute luminarium. ¶Item sciendum .H. secundum Ptolemeum, & Haly, in decimo quinto capitulo, primæ partis quadripartiti, quòd si semicirculus diuidatur, in tales partes, secundum quas, .H. quadrant accordamenta musicalia, in partibus cõsimilibus diametri, inuenientur qualitates circuli, in quibus, aspectus supradicti. Causa autem, quare computatio fit tantummodo, in semicirculo, est: quià consimiles aspectus, vel consimiles distantiæ, post oppositionem, sicut .H. post coniunctionem, nisi quod sint, in vna parte dextri, & in alia parte sinistri, etiam tota diameter, correspondet cuilibet medietati circuli.

Tertia differẽ. magni introductorij, quæ incipit, his habitis.

Videtur legẽdum ante, loco post.

¶Si igitur capitur medietas diametri, hic cadit accordamentum ipsius diapason, quæ fit secundum proportionem duplam. Similiter se capiatur medietas semicirculi, fit distantia nonaginta graduum, secundum quam, fit aspectus quartus. Si verò capiuntur duæ partes diametri, hic cadet accordamentum

mentum ipſius dyapente, quæ eſt proportio ſeſquialtera, ſeu tria, ad duo. Similiter, ſi capiantur duæ tertiæ ſemicirculi, fiet diſtantia centum viginti graduum, ſecundum quam, fit aſpectus trinus. ¶Item ſi capiatur tertia diametri, .H. cadet hic accordamentum dyapente, cum dyapaſon, ſcilicet: proportio vnius, ad tria. Similiter, ſi capiatur tertia pars ſemicirculi, fiet diſtantia ſexaginta graduum, ſecundum quam, fit ſextilis aſpectus. Coniunctio autem, & oppoſitio: ſunt ad ſimilitudinem vnius ſoni, vnde quãdò ſunt coniuncti duo planetæ, vel oppoſiti, proijciunt radios ſuos, per eandem lineam, ſcilicet: per eundem dyametrum mundi. Et ſicut inter conſonantias, ſeu proportiones muſicales, heæ ſunt prĩcipaliores, ità in iſtis diſtantijs aſpectuum principalius reſeruatur cæleſtis harmonia. ¶Vlterius ſciendum, ſecundum Ptolemeum, & Haly, in eodem capitulo, decimo quarto primæ partis, quòd trinus, & ſextilis aſpectus, ſunt amicabiles, propter conuenientiam ſignorum, quartus autem, & oppoſitus, inimicabiles, propter diſconuenientiam, de gradibus etiam, dicunt Ptolemeus, & Haly, in capitulo decimo quinto, primæ partis: quòd vna pars illorum graduum, eſt alta, & alia baſſa, & quandò æquidiſtant tropicis, ſunt arcus diurni æquales, & hæc de ſe nota ſunt. ¶Sciendum ſecundum Albumazar, vbi ſuprà: quòd oppoſitio, eſt fortior aſpectuum, deindè quartus, deindè trinus, vltimo ſextilis. ¶Dubitatur: vtrum ſecundum gradus æquales, vel ſecundum gradus aſcenſionum, in circulo recto, vel obliquo, debeant ſumi iſti aſpectus. ¶Item poteſt queri, ſecundum quam diſtantiam, incipit applicatio ad aſpectum, & ſecundum quam, durat fortitudo aſpectus. Vide in .H. tertia differentia, ſeptimi tractatus Albumazaris & cætera.

Imperantia, & obediẽtia loca ſunt, quæ æquali ſpacio diſtant, ſeu ab vno, ſiue, ab vtroqꝫ punctorum æquinoctialium.

¶De affectione ſtellarum a Sole.

¶Capitulum ſeptimum. De centro aſpectuum planetarum, vel zenit, vel athazir.

Item ſtellæ

ITem stellæ dicuntur esse in centro, respectu alterius, cum vna fuerit in coniunctione, vel oppositione eiusdem, aut in altero prædictorum aspectuum, aut per duodecim gradus, ante coniunctionem, vel per duodecim gradus, post coniunctionem, aut per duodecim gradus ante oppositionem, aut per duodecim post, aut secundum distantiam quadraginta quinque graduum, vel per .H. centum viginti quinque, vel per ducentos viginti quinque, vel trecentos quindecim. Alias. 135. ex alio codice.

¶Item stellę dicuntur esse & cætera. Alkindus in quarto capitulo. H. Omar in capitulo: quotiens itaque. Haly Abenragel, in vigesimo nono capitulo, octauæ partis: & .H. plures alij, faciunt mentionem de huiusmodi centris. ¶Sciendum, quòd Leopoldus, Omar, & Haly Abenragel, non ponunt aspectum trinum esse de centris. Sciēdum etiam, quòd Alkindus (quem credo sic habere correctum) ponit quòd istę partes debent sumi, secundum ascensiones climatum. Sciendum etiam, quòd potius dicuntur cētra Lunæ, quam alterius planetæ, quià cum Luna tantum distat à Sole, fiunt vt in pluribus iudicia, secundum ista centra. ¶Item à quibusdam vocantur Athazir: ab alijs zenit. Sed non est vis de nominibus. In libro nouē iudicū. Leopol. capi. secundo sexti tractatus.

¶Capitulum octauum. Quid agant planetæ.

SOl calefacit, & aliquantulum desiccat. Luna humectat, & parum calefacit. Saturnus infrigidat, & modicum desiccat. Iupiter temperatè calefacit, & humectat, & facit ventos generatiuos. Mars propriè desiccat, & comburit. Venus calefacit parum, & humectat multum. Mercurius quandoque desiccat, quandoque humectat, .H. secundum planetam cum quo inuoluitur. ¶Sol calefacit & cætera. Hoc principaliter à ¶Et facit ventos.

Prolemeo,

Primę partis quadripartiti. Ptolemeo, quarto capitulo: & quasi omnes, hoc concedunt, quamuis alium modum cognoſcẽdi virtutes planetarum, vel aliam cauſam, quare Saturnus eſt frigidus: & ſic de alijs, ponent plures, quam Ptolemeus. ¶ Sciendum ſecundum Ptolemeum ibidem, quòd Luna modicum calefacit, propter Lumen receptum à Sole, & propter hoc facit putreſcere. ¶ Dubitatur, vtrum Saturnus poſſit infrigerare, & vtrum per radium, vel per motum, vel quomodò. ¶ Item vtrum ſit calidior Sole.

¶ Capitulum nonum. Qualitates planetarum quomodò mutantur.

I Tem Saturnus eſt frigidus ſemper, tamen ſecundum magis & minus, ſed ſiccitas eius, quandoque mutatur in humiditatem. Mars eſt ſemper calidus ſecundum magis & minus, ſiccitas tamen eius, non ſemper manet in eo. Verbi gratia. Cum fuerit planeta deſcendens in circulo augis, & in ſigno humido, & in termino humidi planetæ, & in quarta humida à Sole, tunc .H. erit humidus, ſecundũ quod plura, vel pauciora humiditatis habuerit teſtimonia, & econtra.

Rectius: quantitatibus. ¶ In .H. quantitatibus verò actiuis, confortatur, cum fuerit aſcendens in circulo augis, vel cum .H. ſuis ſimilibus, & econuerſo ſi deſcendens, vel cum diſſimilibus. ¶ Iupiter & Venus temperatè calefaciunt, & humectant, aſcendentes tamen, confortatur temperamentum caloris eorum. Deſcendentes verò fortificatur temperamentum humiditatis, id eſt .H. intenditur humiditas. Similiter eſt de Sole ſuo modo. Cõſidera etiam ſigna, & terminos planeterũ .H. ſicut prius. ¶ De Mercurio ſpecialiter eſt dicendum, qui & ſi ſit parum ſiccus, & parum frigidus per ſe, tamen ſi eſt aſcendens, tunc eſt parum calidus, & Potius: graui ſiccitate grauitate .H. ſiccitate ſiccus. Et ſi deſcẽdẽs, eſt humidus cum modico frigore, tamen pluſquam alij mutatur, ſecundũ complexionem loci, in quo eſt, & planetæ cui coniungitur.

¶ Item Satur.

¶ Itē Saturnus est &c. A septimo. H. capitulo, vel septima differētia quarti tractatus, magni introductorij Albumazar. Notandum, quòd non oportet considerare, in qua quarta à Sole, sint Venus, & Mercurius, quià nō multum elongantur ab eo. ¶ Sciendum secundum Ptolemeum, in duodecimo capitulo primæ partis, quòd virtutes quibus operantur stellæ, mutātur H. per statum temporis, & angulorum. Vndè cum suo simili confortantur, & cum suo dissimili debilitantur.

5. & 6. coniunguntur ità quod illud sit. 7. ꝙ. 6. notat.

Vel secundū statum &c.

¶ Capitulum decimum. Qualitates planetarum, quomodo mutantur, in suis habitudinibus diuersis.

ITem planetæ superiores ab ortu, vel à coniunctione Solis, vsq; ad stationem primam, sunt humidi. Deindè, vsq; ad oppositionem Solis, sunt calidi. Deindè, vsq; ad stationem secundam, sicci. Deindè, vsq; ad combustionem, vel coniunctionem Solis, frigidi. ¶ Inferiores retrogradi ab ortu, quousq; dirigentur, sunt calidi. Deindè ad coniunctionem Solis, sunt humidi. Et ab indè, vsque ad retrogradationem, sicci. Et à retrogradatione, vsque ad coniunctionem Solis, frigidi. Vel sic. Inferiores verò ab ortu, quousq; retrogradentur, sunt humidi. Deindè ad coniunctionem Solis, calidi. Et ab indè vsq; ad retrogradationem, sicci. Deindè vsq; ad. H. retrogradationem, frigidi. ¶ Aliter adhuc de inferioribus sic. Venus & Mercurius, postquam separantur à Sole, & sunt directi. H. donec sūt in medio suæ directionis, humectāt. Posteà vsq; ad stationem primam, calefaciūt. Deindè vsq; ad mediū retrogradationis, desiccāt. Deindè vsq; ad combustionem, infrigidant. Postquam etiam separātur à Sole, retrogradi existentes, & apparēt in mane, donec eorum retrogradatio compleatur, & fiant directi: habent similiter, quattuor status

Secūdū Albumazar.

Potius, ad solis cōiunctionem.

similes

ſimiles iſtis. ¶ Luna verò in prima quarta menſis, eſt humida principaliter. In ſecunda, calida. In tertia, ſicca. In quarta, frigida. Ità quòd ſuo modo, quattuor quartę lunationis, quattuor quartis anni correſpondent. ¶ Item planetæ ſuperiores, & cætera. Ab Albumazare, quarta differẽtia, ſeptimi tractatus, ſui magni introductorij. ¶ Itẽ Venus, & Mercurius, & cętera. Habetur ab Haly, in gloſa penultimę propoſitionis octaui capitis primæ partis. ¶ Luna verò in prima quarta, & c. Hoc à Ptolemeo octauo capitulo primæ partis. H.

Quadripartiti.

Capitulum vndecimum. Quando planetæ magis augentur in ſuis operationibus.

Item fortior eſt calor planetarum, quandò ſunt retrogradi. Item quãdò fuerit planeta à capite Cancri, ad caput Libræ, eſt in ſummo caliditatis ſuæ, & fortior caliditas, ſi cum hoc fuerit, in longitudine propiori Epicycli. ¶ Item caliditas illic eſt duobus modis, aut à ſtatione prima ad oppoſitionem, cum caliditate, aut ab oppoſitione ad ſtationem ſecundam, cum caliditate vincente, quæ eſt. H. finis ſiccitatis: ſed à ſtatione ſecunda, vſq; ad abſconſionem ſub radijs, debilitatur calor eius. Et cum fuerit ſub radijs, non apparet in eo effectus caliditatis. Quando exit de radijs, vſq; ad ſtationem primam, incipit calor eius creſcere, ità quòd dixerunt multi græcorum quòd tunc eſt ſignificatio humiditatis. H. ¶ Item ex parte Ecentrici, iudica calorem, ſecundum appropinquationem à terra. Quãdò ergò fuerit planeta in ſummo Epycicli, & in ſummo Ecentrici, & fuerit in prima quarta circuli, illud eſt ſummum debilitatis, caloris initium, quod non apparet in terra effectus caliditatis ſuæ, ſed frigiditatis. Sed quandò fuerit in ſecunda quarta circuli, & in infimo Epicycli, & Ecẽtrici, erit ſumma vis ſuę caliditatis, quouſq; accidat magna

Ex pręmiſſis legẽdũ videtur caliditatis loco humiditatis.

magna ſiccitas in terra. ¶Item nota, quòd effectus calidorum, ſunt fortiores verſus zenit capitum, & verſus meridiem debiliores, ſecundum diſtantiam à zenit capitum. Similiter & de frigidis, ſed effectus eorum aliquantulum fortiores in parte meridiei. ¶Item fortior eſt calor & cętera. Alkindus in primo capitulo. ¶Item nota quòd effectus & cætera. Alkindus inquinto capitulo.

¶Capitulum duodecimum. De diuerſisoperationibus planetarum in aëre, in diuerſis locis, in circulo diſcurrentium.

ITem omnes planetæ ponderoſi, à .H. ſtatione ſua, ad oppoſitionem humectant, & ab oppoſitione, ad ſtationem, deſiccant. ¶Item à ſtatione ſecunda ad combuſtionem, infrigidãt, & à combuſtione, vſque ad ſtationem, caleſcunt. ¶Item fortior caliditas eſt in retrogradatione. ¶Item fortior ſiccitas, & humiditas, eſt in declinatione ſeptemtrionali, minor verò, in meridionali (non quod frigiditates, & humiditates, non ſint apparentiores in declinatione meridionali) & in facto hyemis, pro ſimilitudine temporis. ¶Venus, & Mercurius orientales, & retrogradi, humectant, orientales directi .H. deſiccant, occidentales retrogradi, infrigidant, occidentales directi, deſiccant. ¶Luna in prima quarta à Sole, calida, & humida: & ſi cum hoc fuerit aſcendens in circulo breui, erit humida multum, & fortius, in prima, & ſecũda quarta circuli, quam in tertia, & quarta quarta. In ſecunda quarta menſis, eſt calida, & ſicca, ſi aſcendens: eſt ſicca, ſecundum iſtam naturam: ſi deſcendens: eſt calida æqualis. In tertia quarta menſis,

Puto ſic legẽdum. ab abſcõſione ſua, ad .i. ſtationem humectant, à ſtatione .i. ad oppoſi. calefaciũt, hinc ad ſtatio. 2. deſiccãt, hinc ad cõbuſtio. infrigidant.

Adiecimus hanc parẽtheſin.

Alias calefaciunt.

Albumazar cõſentit Alkido. 2. diffe. 4. tractatus.

mensis, est frigida, & sicca, si ascendens minuetur frigiditas: si descendens minuetur natura sua: in quarta quarta à Sole, frigida, & humida: in ascensu frigiditas vincit, in descensu humiditas. ❡Item omnes planetæ &c. Hoc.H. Alkindus.

Alkindus. cap.5.

❡Capitulum decimumtertium. Quandò planetę sunt maximæ significationis pluuiarum.

Alias sæper

ITem scito, quòd planetę retrogradi significant super pluuiam, & eò magis inferiores, qui sunt sub Sole, & eò magis siue inferiores, siue superiores, in signis fœmininis. Et est testimonium magis clarum, si signum fuerit de signis frigidis, siue terreis, siue aqueis. ❡Item scito & cætera. Hoc.H. Abraham de seculo.

capit.12.de pluuijs.

❡Capitulum decimumquartum. Quandò planeta est iterum maioris significationis pro pluuijs.

ITem planeta cum est retrogradus, & à statione prima ad oppositionem, notat plus pluuiam, quam ab oppositione, ad stationem secundam. ❡Item planeta & cætera. Hæc Hyspalensis.

❡Capitulum decimumquintum. Planeta in quolibet signo qualem auram dat.

Et infirmitates ex rheumatismo.

ITem Saturnus in Ariete sub radijs, facit pluuias, & radiositates, & nebulas plurimas. H. Vespertinus ventos frigidissimos. Matutinus orientalis, complexionem bonam ostendit. Stationarius. H. tonitrua, & fulgura. ❡Iupiter in Ariete sub radijs, facit pluuias. Vespertinus nebulas, vel rores spargit.

res ſpargit. Matutinus orientalis, ſerenum. Stationarius to-
nitrua facit. ¶Mars in Ariete ſub radijs, facit ſerenum. Ve-
ſpertinus contrarium. Matutinus turbationem temporum.
Stationarius fulgura, & tonitrua. ¶Venus in Ariete ſub ra-
dijs, nihil.H. facit venti. Veſpertina ventum facit. Matutina
.H. tonitrua, & pluuias. ¶Mercurius in Ariete ſub radijs, Et orientalis.
tempeſtuoſus eſt. Veſpertinus parum benè complexionatus.
Matutinus.H.mundum aërem ſignificat.¶Saturnus in Tau- Et orientalis.
ro ſub radijs, bonam complexionem.H.facit.Veſpertinus ſic- Temporis vel aeris: intellige.
citatem. Matutinus bonam complexionem .H. & ſanitatem.
Stationarius, vmbroſus, tempeſtuoſus, & tonitruoſus. ¶Iu-
piter in Tauro ſub radijs, mediocritatem aëris ſignificat. Ve-
ſpertinus. H. vmbras. Matutinus, abundantiam fructuum, & Potius: imbres portẽdit.
paſcuæ. Stationarius, defectum fructuum. ¶Mars in Tauro
ſub radijs, tempus ſine vento facit. Veſpertinus ſerenum. Ma-
tutinus .H. orientalis ventos. Stationarius deſiccat aërem.
¶Venus in Tauro ſub radijs, tonitrua ſignificat. Veſpertina
ſerenum. Matutina .H. orientalis, bonam complexionem ſi-
gnificat. ¶Mercurius in Tauro ſub radijs, tempeſtuoſus eſt
& vmbroſus. Veſpertinus, bonæ complexionis. Matutinus,
roridus, & madidus. ¶Saturnus in Geminis ſub radijs, ſiccus.
Veſpertinus, aridus. Matutinus, roridus, & bonæ complexio-
nis. Stationarius, infirmitates.H.efficit. ¶Iupiter in Geminis
ſub radijs, bonam complexionem dat. Veſpertinus, & matuti-
nus, ſanitatem. Stationarius, ſanitatem. ¶Mars in Geminis
ſub radijs, infirmitatẽ ſignificat. Veſpertinus, eſt calidiſſimus.
Matutinus.H.orientalis, cõtrarietatem in hominibus ſignat.
Stationarius, calidus eſt, & ſiccus. ¶Venus in Geminis ſub Alias: magis vel minus.
radijs, .H.ad minus deſiccat. Veſpertina, eſt vẽtoſa. Matutina
.H.orientalis, complexionem bonam.H. ¶Mercurius in Ge- Habet: vel quid aliud ſimile deſyderatur.
minis ſub radijs, ventos excitat in mari, & in terrra. Veſperti-
nus, deſiccat. Matutinus.H. oriẽtalis, bonam complexionem.

¶Saturnus in Cancro ſub radijs, obſcuros dies, & validos ventos, & procellas in mari. Veſpertinus, mare reddit appertum ad nauigandum. Matutinus.H.orientalis, bonę complexionis. Stationarius, diuturnas infirmitates. ¶Iupiter in Cãcro ſub radijs, tranquillum mare ſignificat, & abundantiam piſcium. Veſpertinus, bonam complexionem, & ſanitatem. Matutinus.H. orientalis, eſt cum bona complexione. Stationarius, ſignificat facilitatem in rebus. ¶Mars in Cancro ſub radijs, combuſtionem facit. Veſpertinus, infirmitates. Matutinus.H.orientalis, lites inter homines.H. Stationarius, caliditatem, & ſiccitatem. ¶Venus in Cancro ſub radijs, tempus abſq; vento. Veſpertina, bonam complexionem.H. & ſanitatem. Matutina.H. orientalis, ſerenum. ¶Mercurius in Cancro ſub radijs, mare eleuat. Veſpertinus, facit tranquillitatem. Matutinus, bonam complexionem.H. & ſanitatem ſignificat. ¶Saturnus in Leone ſub radijs, in corpore rheumatiſmos, & ex humiditate turbationem, & in aëre ſiccitatem facit. Veſpertinus, ariditatem. Matutinus.H. orientalis, bonam complexionem.H. & ſanitatem. Stationarius verò, ariditatem, & ſiccitatem. ¶Iupiter in Leone ſub radijs, annuales ventos inducit. Veſpertinus, bonam complexionem. Matutinus.H. orientalis, robur in imperatore, & prouenit ex fortitudine.H. vel prouentu fortunę. Stationarius verò, infirmitatum remiſſionem, & diminutionem. ¶Mars iu Leone ſub radijs, infirmitates imperatoris. Veſpertinus, ardorem.H. declarat. Matutinus.H. orientalis.H. deſtructiones. Stationarius, infirmitates. ¶Venus in Leone ſub radijs, ardorem facit. Veſpertina, iumentorum infirmitates. Matutina.H, orientalis, bonam complexionem. ¶Mercurius in Leone ſub radijs, ab occidente ventum inducit. Veſpertinus, ſuffocationem. Matutinus, ſerenum ſignificat. ¶Saturnus in Virgine ſub radijs, nocens eſt, & infirmitates facit, ſeu infert. Veſpertinus, difficultatem

Aerem vel tempus intellige.

Alias deficationes.

cultatem aëris. Matutinus, ſiccitatem. Stationarius, infirmitatem. ¶Iupiter in Virgine ſub radijs, abundantiam.H. omnium bonorum ſignificat. Veſpertinus, bonam complexionem. Matutinus, ſanitatem. Stationarius, bonum, & gaudium. ¶Mars in Virgine ſub radijs, nocumentum infirmitatum.H. inducit. Veſpertinus, ſuffocationes. Matutinus verò, lites, .H.& contentiones. Stationarius ſiccitatem aëris. ¶Venus ibi ſub radijs, deſiccat. Veſpertina, bonam conditionem dat. Matutina, humiditatem. ¶Mercurius ibi ſub radijs, procellas in mari validas ſignificat. Veſpertinus, ſiccitatem. Matutinus, ſuper humidos, & bene complexionatos. ¶Saturnus in Libra ſub radijs, occultas infirmitates infert. Veſpertinus, inæqualitates aëris. Matutinus, frigidos ventos, & ſiccos. Stationarius, quartanas febres inducit. ¶Iupiter in Libra ſub radijs, bonam complexionem aëris. Veſpertinus, ſanitatem. Matutinus, infirmitates expellit. Stationarius, bonum tempus facit. ¶Mars in Libra ſub radijs, ſiccum, & aridum aërem facit. Veſpertinus, eſt pluuioſus. Matutinus, turbationes, & tonitrua facit. Stationarius, aridus eſt, & ſiccus. ¶Venus in Libra ſub radijs, eſt humida. Veſpertina, bene complexionata. Matutina, fantaſtica, & humiditates facit. ¶Mercurius in Libra ſub radijs, fortiſſimos, & contrarios ventos ſignificat. Veſpertinus, bene complexionatus eſt. Matutinus, ſemper humidus, & vtilis eſt. ¶Saturnus in Scorpione ſub radijs, frigidum aërem ſignificat. Veſpertinus, cōgelationem. Matutinus, ſeptentrionalium, & frigidorum ventorum, eſt ſignificator. Stationarius, facit obſcuros dies. ¶Iupiter in Scorpione ſub radijs, frigidam pluuiam ſignificat. Veſpertinus, bonam complexionem. Matutinus, bonum.H. tempus, & augmentationem piſcium. Stationarius, tranquillitatem. ¶Mars in Scorpione ſub radijs, tranquillitatem in mari. Veſpertinus.H.& Matutinus, ventos. Stationarius, tonitrua, &

fulgura efficit. ¶ Venus in Scorpione ſub radijs, ſine pluuia eſt. Veſpertina, pluuioſa multum. Matutina, multæ pluuiæ. ¶ Mercurius ibi ſub radijs, tẽpeſtuoſus. Veſpertinus, ſine pluuia. Matutinus pluuioſus. ¶ Saturnus in Sagittario ſub radijs, pluuiam, & nebuloſitatem facit. Veſpertinus, frigiditatem, & ariditatem. Matutinus, frigiditatem, & congelationem. Stationarius, infirmitates hominum. ¶ Iupiter in Sagittario ſub radijs, bonam complexionem. Veſpertinus, pluuias multas. Matutinus, ſerenum. Stationarius, imperfectionem, & nocumentum. ¶ Mars in Sagittario ſub radijs, ſine humiditate eſt. Veſpertinus, infirmitatem, & peſtilentiam ſignificat. Matutinus, multorum militum commotionem. Stationarius, imperfectionem, & nocumentum. ¶ Venus in Sagittario ſub radijs, pluuioſa. Veſpertina, ventoſa, & frigida. Matutina, eſt bonæ complexionis. ¶ Mercurius in Sagittario ſub radijs, multam pluuiam ſignificat. Veſpertinus, eſt ſine humiditate. Matutinus, bonam complexionem ſignificat. ¶ Saturnus in Capricorno ſub radijs. facit ventos boreales, cum aëris obſcuritate. Veſpertinus, frigiditatem. Matutinus, frigiditatem boream. Stationarius, obſcuros dies. ¶ Iupiter ĩ Capricorno ſub radijs, humidum aërem ſignificat. Veſpertinus, pluuiam. Matutinus, tranquillitatem in mari, & in fluminibus ſignificat. Stationarius, aquarum eſt ſignator. ¶ Mars in Capricorno ſub radijs, nutrit. Veſpertinus, bonam complexionem. Matutinus, hyemales dies per loca facit. Stationarius, tranquillitatem, & perfectionem. ¶ Venus in Capricorno ſub radijs, gelida eſt, Veſpertina, frigida. Matutina, pluuioſa. ¶ Mercurius in Capricorno ſub radijs, ſemper eſt pluuioſus. ¶ Saturnus in Aquario ſub radijs, hyemem facit duram. Veſpertinus, timorem in mari, & in fluminibus. Matutinus, pluuiam, & hyemẽ. Stationarius. H. niuoſus, nubiloſus, & glacioſus. ¶ Iupiter in Aquario ſub radijs, bonã cõplexionẽ ſignificat. Veſpertinus, multã

pluuiam.

pluuiam. Matutinus, multam infirmitatem repellit. Stationarius, pluuiam, & nutrimentum affert. ¶Mars in Aquario sub radiis, facit ariditatem. Vespertinus, absentiam vẽtorum. Matutinus, incisionem eorum. Stationarius, nocumentum, & motionẽ significat in mari. ¶Venus in Aquario sub radijs, nebulosa. Vespertina, calida, & ventosa. Matutina, pluuiosa, & caliginosa. ¶Mercurius in Aquario sub radijs, niuosus. Vespertinus, calidus, aut gelidus, & turbulentus. Matutinus pluuiosus. ¶Saturnus in Piscibus sub radijs. H. niuosus. Vespertinus, pluuiosus. Matutinus, bonam complexionem significat. Stationarius, inęqualitatem. ¶Iupiter in Piscibus sub radiis, augmẽtum piscium significat. Vespertinus, bonam complexionem. Matutinus, tranquillitatem in mari, & fluminibus. Stationarius, bonam, & temperatam pluuiam. ¶Mars in Piscibus sub radijs, raritatem piscium facit. Verspertinus, ariditatem. Matutinus, fulgura, & tonitrua. Stationarius, inæqualitates in corporibus. ¶Venus in Piscibus sub radiis, facit gelidum tempus. Vespertina, est aquosa, & ventosa. Matutina, bonam complexionem, & germina, & . H. fœtus nutrit. ¶Mercurius in Piscibus sub radijs, tempestuosus est, & pluuiosus. Vespertinus, bonam complexionem significat. Matutinus, tranquillus est, & bonam complexionem ostendit.

¶Item Saturnus in Ariete &c. Hoc totum ponitur in quodam paruo tractatu, quem composuit (vt dicitur) Haly.

¶Sciendum secundum Haly in quarto capitulo primæ partis, in naturis planetarum. Per Solem fit decursus aquarum, motus ventorum, nascuntur nubes, & veniunt pluuiæ. ¶Luna est vnus planetarum significantium pluuias, similiter Venus, & Mercurius. ¶Per Iouem clarificatur aër, currunt vẽti, & salutiferæ pluuiæ, scilicet, temporibus debitis, per æqualitatem, & temperiem, calor æstatis, & frigus hyemis remittuntur. ¶Per Martẽ, & eius accessum, & recessum in suo circulo,

crescit, &

crescit, & decrescit calor ęstatis, & hyemis frigiditas omni anno. Et est mutabilis, quià vna vice est humidus, & alia siccus. Vndè quandò erigitur in circulo suo, & separat se, ac retrahit se, à fumositatibus terræ, & humoribus, fortificatur eius caliditas, & siccitas. Quandò verò descendit, humectatur, & minuitur calor eius. Et quandò significator est pluuiæ, facit scintillationes, & tonitrua, & radios, & facit mirabilia in aëre. Debilitatur in signis aqueis, & fortificatur in igneis. De Venere dicunt sapientes, quòd quandò retrogradatur, Sole in Capricorno, Aquario, vel Piscibus, existente: hyems illius anni erit humida, & pluuiosa. Et si retrograditur, quandò Sol est in Ariete, vel Tauro, erũt pluuiæ, & humiditates, in vere illius anni, propter retrogradationem Veneris, & accessum eius erga Solem, & introitum sub corpore, & radijs Solis. ¶ Mercurius autem, est vnus trium planetarũ pluuias significantium: per eum, & per mutationem suam de signo in signum, & per statum eius, & retrogradationem, & directionem ipsius, & per oppositiones, & coniunctiones suas, scientur motus ventorum, & eorum fortitudines, in omnibus temporibus illius anni: quoniam quandò exit de vno signo, & intra aliud: vel quando est stationarius, vel retrogradus, siguificat vẽtos fortes, humiditates, & pluuias, & in aëre accidentia de nubibus, & turbationes, & his similia. Similiter, quandò est in oppositione lunæ, Luna existente in aliquo signorum aqueorum, H. quod prædiximus. ¶ Item secundum Hyspalesem, in capitulo. Volens sire &c. Luna in pluuia habet posse: & Sol nunc pluuiam, nunc serenitatem significat. Nam cum est in loco inferiori circuli, significat pluuiam: in superiori verò, serenitatem. Sic est iudicium omnium planetarum, & Luna accipit virtutem à planetis, dans terræ, prout natura eorum existit, & vt planetæ permutantur, à dextro in sinistrum, vel econuerso vel à velocitate in tarditatẽ, vel econuerso. H. vel egreditur ali-

Ab opposito augis ad augem.

Hic intelige, significat, vel qd simile.

Vel ab ascẽsu inferioris partis circuli ad superiorẽ, vel ecõuerso: hoc desideratur.

ditur aliquem angulorum, sic aëris permutatio erit. Nam si mobilis est, mouetur econuerso motu ventorum. Similiter fiunt coniunctio. H. planetæ, vel aspectus. Sic etiam significat aspectus astrorum fixorum. ¶ Item secũdum Albumazar, in primo capitulo, secundæ differentiæ, primi tractatus, sui introductorij. Nisi fieret participatio planetarum cum Sole, & Luna, non fieret vna æstas alia calidior. Et similiter suo modo de hyeme. ¶ Item secundum Albumazar, tertio tractatu, sui magni introductorij. Plura bona habentur, de accessibus, & recessibus maris, secundum motum Lunę. Sed de hoc quære. ¶ Item de virtutibus planetarum, multa bona dicit Albumazar, in sexta differentia, quarti tractatus, sed modicum, aut nihil est ibi, faciens ad propositum, quin virtualiter ibi contineatur. ¶ Item Saturnus in Ariete sub radijs &c. Non omnes combinationes quę possunt poni, ponuntur semper, quià fortè hoc esset nimis. Non possem plus.

¶ Capitulum decimumsextum. De augmento virtutum planetarum.

ITem virtutes planetarum augentur, quandò distant à Sole, vel à Luna eo modo, quo domus eorum distát à domibus luminarium. Tunc enim dicuntur participare, facie ad faciem. Item fortificantur, si sint in suo hays. Item illi qui sunt in angulis, vel succedentibus, sunt vincentes: qui vero in cadentibus, sunt retrocedentes. ¶ Item planeta exaltatur super alterum, quandò est dexter ab illo: . H. ità quòd sit respectu alterius, super terram. Item generaliter. quotiens vnus planeta dat vim alteri: ità quòd habuerit cum signo, vel planeta concordiam naturalem, vel accidentalem, tunc fortificatur, & per eius oppositum debilitatur.
¶ Item multi sunt modi alij fortificandi, & debilitandi planetas,

Vbi agitur de sua cuiusq; stellæ persona: & quasi regijs carpētis: ac solijs.

Et ideò solijs suis insidere & illustres dicunt: quià tunc maximè efficaces vires fiunt.

netas, sed prædicti. H. modi, sunt principales, nec fortè alij modi, sunt multum necessarij ad propositum. ¶ Item virtutes planetarum &c. Hoc à ptolemeo, & Haly, in vigesimotertio capitulo, primæ partis. ¶ Eo modo &c. Secundum Haly sunt Mercurius in secundo à Sole, & in duodecimo à Luna: Venus in tertio à Sole, & vudecimo à Luna: & sic de alijs. Et. H. lucrantur vim, ac si essent in domo sua. ¶ Item sciendum secundum Haly ibidem, quòd hays est, quòd planeta masculinus sit in die supra terram in signo masculino, & de nocte sub terra. Vel quòd planeta masculinus, sic in signo masculino, & fœmininus, in signo fœminino: & diurnus, in die super terram, & nocturnus, de nocte super terram. Hoc est secundum communitatem astrologorum. Posteà dicit quòd opinio Ptolemei est, quòd hays est, quandò planeta est in loco sibi conuenienti, & cum quò habet concordantiā. ¶ Item, secundum Haly ibidem, quòd modi. H. ferendi vim sunt duo, & habent vnam radicem, ad quam reducuntur: scilicet, quòd leuis semper exhibet vim suam ponderoso, excepto, si leuis habeat tot dignitates in signo in quo existit, & quòd in virtute. H. superet ponderosum. ¶ Primus modus &c. Quià Haly ibi suprà, &. H. Albumazar in septimo tractatu sui magni introductorij. Et Hyspalensis in principio: &. H. Alkabitius, & plures alij, faciunt de hoc mentionem: & fiet extractio specialis super hoc. ¶ Item sciendum, quòd non oportet considerare omnes modos fortitudinum planetarum in proposito, quià aliqui sunt modi, qui quamuis facerent ad aliqua iudicia, sicut de natiuitatibus: tamen modicum, aut nihil faciunt ad aliqua iudicia de mutationibus aëris, nec etiam authores se iuuant. H. de illis. ¶ Item dubitatur quos ventos moueant planetæ.

alias: dādi.

Cuius caput sic incipit, stellarū habitudines.

3. differētia De his quę accidūt planetis ad se inuicem.

¶ Capitulum decimumseptimum. Stellæ fixæ sunt diuersarum qualitatum.

Item

Item stellæ fixæ sunt calidæ vel humidæ: frigidæ vel siccæ secundum quòd sunt de natura alicuius planetæ. Item stellæ fixæ primæ magnitudinis, sunt fortiores, quam secundæ, & sic consequenter: & quæ circa zodiacum, quam quæ extrà: & septentrionales, quam meridionales: & propinquiores zenit capitum, quam remotiores: & quæ coniunguntur cum aliquo planeta in longitudine, & latitudine quam in longitudine tantum. Et quæ in longitudine, q̃ quæ non. H. coniunguntur. ¶ Item stellæ fixæ debilitantur, & fortificantur, secundum loca sua, respectu ascendentis, & secundum figuras suas, respectu Solis. H. in modo Lunæ, & trium superiorum. Veruntamen istæ stellæ. H. non eodem modo, vel respectu redeunt, cum separantur à Sole, & sunt orientales, donec Sol se ponat in quarta earum, humectant: & in quarta sinistra, vsq; ad oppositionem calescunt. Posteà vsq; ad aliā quartam, desiccant, & postea vsq; ad coniunctionem, infrigidant. ¶ Per tabulam sequentem patent naturæ stellarum fixarum principalium. H. tempore moderno, & latitudine cum figuris, & imaginibus in quibus sunt, vel de quà magnitudine fuerint. ¶ Item stellæ fixæ sunt calidæ &c. Tabulam. H. huius status satis ponit Vimundus, sed hoc extrahitur à Ptolemeo, in nono capitulo primę partis quadripartiti. ¶ Itē stellę fixę magnitudinis primę &c. Hoc dicit Haly ī glosa, in fine eiusdem noni capituli. ¶ Dubitatur, qualiter virtutes stellarum fixarum cognoscuntur, vtrum videlicet, possint cognosci per colores, vel per quid. Quære de hoc. ¶ Nota quòd à tempore considerationis Ptolemei, de locis augium, & stellarum fixarum, vsq; ad tempus considerationis Alfonsi, de eisdem mota est octaua sphęra, & per consequens stellæ fixæ, & auges, decem & septem gradibus, octo minutis. Et à cōsideratione Alfonsi regis, vsq; ad finem anni Christi. 1368. mota est per vnum gradum, viginti duo minuta, decem & octo

Meli⁹ si legatur: qa nō redeunt cū separant̄ à Sole: & sic consequenter.

Benè si addatur: in lōgitudine.

octo, secunda, quadraginta tria tertia, & sic, à consideratione ipsius Ptolemei, vsque ad finem anni Christi prædicti, motus est zodiacus mobilis, & imagines ipsius, per decẽ & octo gradus, triginta minuta, decem & octo secunda, quadraginta tria tertia, & cum tempore considerationis Ptolemei, stella antecedens, quæ est in cornu Arietis, in qua incipit imago Arietis, fuerit distans à principio zodiaci fixi, per sex gradus, quadraginta minuta: sequitur, quòd perfecto anno Christi. 1368. distabat ab eodem principio Arietis zodiaci fixi, viginti quinq; gradibus, decem minutis, decem & octo secundis, quadraginta tribus tertijs. ¶ Et est intelligendum, quòd dispositiones stellarum fixarum denotatæ in præcedentibus, ad terminum complementi radicis mediarum cõiunctionum, ordinantur: secũdum dispositionem earum stellarum naturalem, & quòd longitudines earum incipiant ab initio signi Arietis, & fiant secundum successionem signorum in suo motu. Sed latitudines earum stellarum, sunt distantiæ illarum, à via Solis.

Ptolemeus capite. 5. septimæ dictionis almagesti.

¶ Dexter pes. H. Cãcri & Zuhayl non sunt visibiles prorsus, licet sint primæ magnitudinis: quià latitudo cuiuslibet earum est tanta versus meridiem, quòd super horizontẽ prorsus non ascendunt. ¶ Tempus inter Alfonsum, & radicem Istarum stellarum. H. octoginta sex anni solares cõpleti. Motus stellarum fixarum in tempore prædicto, quadraginta quattuor minuta, & secũdum hoc motus ęqualis earum in vno anno, fuit triginta quattuor secunda, quadraginta nouem tertia, viginti quinq; quarta. Id est illo tempore erant rectificatæ. 1319. mense. 5. Item tempus. H. Alfonsi incepit. 1251. anno Christi &. 5. mense. Item à loco cuiuslibet stellę fixæ tempore Alfonsi, vsq; ad annos Christi. 1424. motæ sunt stellæ, per vnum gradum, quinquagintanouem minuta, viginti secunda.

potius: pes Centauri.

Immo. 68. vt ex sequẽtibus colligitur.

In meridie vltimę diei maij anni Christi. 1252. currentis.

¶Annotatio.

¶Dictum est superiori capite, pedem centauri (sic enim legere oportet) & Zuhayl, id est canopum, prorsus esse inuisibiles, quòd non vsquequaq; verum est: nam apparent quibusdam, ad summum meridiem declinantibus, nobis verò, qui septemtrionalem partem habitamus, perpetuò ocultantur: & idcircò puto reponendum: Parisius loco: prorsus, ità vt legatur: non sunt visibiles Parisius licet sint primæ magnitudinis, quià latitudo cuiuslibet earum, est tanta versus meridiem, quòd super Horizontem Parisius non ascendunt. ¶Superiori etiam capite, Firminus recenset aliquot supputationes augis communis, videlicet, à Ptolemeo, ad Alfonsum: ab Alfonso ad annum. 1319. & ad annum. 1368. Itidem ad annum Christi. 1424. quas diligentiori, ac exactiori calculo, haud examinauimus: sed ex industria intactas reliquimus, & temporibus nostris non accõmodas neglleximus. Verum ad hanc nostram etatem, omnes stellas tabulæ sequentis, exacte, & summa diligentia, supputauimus ad meridianum Lutetiæ, & meridiem, vltimæ diei Decembris, anni Christi, millesimi quingentesimi trigesimi noni.

¶Aux comunis istius temporis fuit, viginti graduum, septem minutorum, decem secundorum, viginti duorum tertiorum.

¶SEQVITVR TABVLA. 48.
imaginum cælestium.

¶Sequuntur

❡Sequuntur quadraginta octo imagines quarum. 12. sunt in ipso Zodiaco: &. 21. vergunt ad septemtrionalem: &. 15. ad partem Australem.

❡PHI. IOLLAI.

	❡Septemtrionales.	❡Zodiaci.	❡Leo marinus. Cetus.
	Vrsa minor.	Aries.	Algeba vel canis fortis oriō
Cefens.	Vrsa maior.	Taurus.	Flumen. Eridanus.
	Draco.	Gemini.	Lepus.
	Dominus flammæ.	Cancer.	Canis maior.
Bootes	Canis latrans.	Leo.	Canis minor.
	Corona septētrionalis.	Virgo.	Nauis.
Hercules.	Incuruatus.	Libra.	Hydra.
	Vultur cadens.	Scorpius.	Crater. Vas.
	Gallina.	Sagittarius.	Coruus.
Cassiopeia.	Sedens super sedem.	Capricornus.	Centaurus.
Perseꝰ.	Deferens caput diaboli.	Aquarius.	Lupus.
Auriga	Tenens habenas.	Pisces.	Thuribulum. Ara.
	Serpentarius.	❡In octaua spæra, sunt. 48. imagines stellarum, & sunt in eis. 3027. stellæ fixæ, octauæ spæræ & cætera. Ex his imaginibus. 12. sunt in Zodiaco, & sunt. 12. signa, quæ continent. 350. stellas, & sunt. 21. imagines septemtrionales, & habent stellas. 361. Et sunt. 15 meridionales, & habent stellas. 316	Corona Meridio.
	Serpens.		Piscis Nothius.
	Sagitta.		
Aquila.	Vultur volans.		
	Delphinus.		
Pegasus.	Equus primus.		
	Equus secundus.		
Andromada.	Mulier.		
	Triagulus.		

❡Dispositiones

¶ Diſpoſitiones ſtellarum fixarum, quæ ſunt propè viam Solis, & lõgitudines earundem, per Philippum Iollainum Blereium Turonenſem examinatæ, ad Meridianum Lutetiæ, & meridiem vltimæ diei Decembris, anni. 1539.

¶ Longitudo.			Latitudo.		Pars mundi.	Magnitudo	
Si.	gra.	Mi.	gra.	Mi.			
0	26	40	7	20	Sept.	3.	Cornua Arietis parum infrigidãt, & multum deſiccant. Na. ♄ & ♂.
0	27	40	8	20	S	3	
1	0	33	7	40	S	5	In ore Arietis modicũ infrigidant, & humectant. Naturæ. ☿ & parũ ♄.
1	1	30	6	0	S	5	
1	5	0	5	15	M	4	In pede inferiori Arietis deſiccãt. Naturæ. ♂
1	8	0	1	50	M	5	
1	9	40	1	8	M	5	
1	11	20	4	50	S	5	In cauda Arietis humectant. Naturæ. ♀.
1	13	50	1	40	S	4	
1	15	20	2	30	S	4	
1	17	0	1	50	S	4	
1	19	40	9	30	M	5	In abſciſione Tauri frigidæ, & humidæ. Naturæ. ♀ & parum ♄.
1	23	40	8	0	M	3	
1	22	10	4	30	S	5	Pleiades temperatæ, inter humiditatem, & ſiccitatem, & tendũt verſus calorem. Naturæ. ☽ & ♀.
1	22	31	4	40	S	5	
1	22	40	5	5	S	5	
1	23	40	5	20	S	5	
2	2	40	5	10	M	1	Aldebaran calida & ſicca. Na. ♂.
2	1	0	5	45	M	3	In capite Tauri multum frigidæ, & tendunt ad ſiccitatem. Naturæ ♄ & parum ☿.
2	0	50	5	0	M	3	
2	1	50	30	0	M	3	
2	5	40	4	0	S	4	

¶ DISPOSITIONES STELLARVM sequentium nuper examinatæ.

¶ Longitudo stellarũ sequentium.			Latitudo stellarũ earũdem.		pars mũdi.	Magnitudo.	
Sig.	gr.	mi.	gr.	mi.			
2	10	0	3	30	M	5	In summitate cornuum Tauri, ca-
2	10	40	5	0	S	5	lidæ, siccæ. Naturæ. ♂.
2	15	20	5	0	M	5	
2	17	10	2	30	M	3	
2	26	30	1	30	M	4	In pedibus Geminorum, plus hu-
2	28	10	1	15	M	4	mectant, quam desiccant. Natu-
3	0	10	3	30	M	4	ræ. ☿ & ♀.
3	2	0	7	30	M	3	
3	5	40	10	30	M	4	
3	11	40	5	30	M	3	In coxis Geminorum. Naturæ. ♄.
3	13	20	9	40	S	2	Inflammati Herculis humectat ☿.
3	16	40	6	15	S	2	Naturæ. ♂.
3	22	40	1	0	S	5	In capitibus Geminorum, humi-
3	27	10	7	30	M	4	dæ magis, quam siccæ. ☿ & ♂.
3	23	20	11	5	S	4	In pede Cancri. N. ☿ & parũ. ♂
3	6	30	5	30	S	4	In brachijs Cãcri.
4	0	2	0	40	S	4	In pectore Cancri. Natu. ♂. & ☽.
4	0	20	2	40	S	4	Duo asini faciũt calorem, & sicci-
4	1	20	0	10	S	4	tatem magnam. Naturæ. ♂ & ☉.
4	14	10	9	30	S	3	ĩ capite ♌ magnæ siccitatis ♄ & ♂
4	21	10	11	0	S	3	In collo Leonis. Naturæ. ♄ & pa-
4	20	40	4	30	S	3	rum. ☿.
4	22	10	7	30	S	3	

DISPOSITIONES STELLARVM sequuntur nuper examinatæ.

Longitudo stellarũ sequẽ.			Latitudo stella.ear.		P. mũdi.	magnitu.	
Si.	gr.	M.	G.	m.			
4	22	30	0	10	S	1	Cor Leonis. Naturæ. ♂ & ♃.
5	1	20	12	15	S	4	
5	4	10	13	40	S	2	In dorso, & cauda Leonis.
5	4	20	11	30	S	5	Naturæ Saturni & Veneris.
5	6	20	9	40	S	3	
5	14	31	12	5	S	1	
5	10	20	5	50	S	3	
5	10	30	3	0	M	5	In coxis Leonis. Naturæ. ♀ & ☿.
5	11	40	0	50	S	4	
5	11	40	1	15	S	4	
5	16	20	4	35	S	5	In capite virginis. Na. ☿. & pa. ♂.
5	17	0	5	40	S	5	In oculo. Naturæ. ☿. & parum. ♂.
5	19	10	6	0	S	3	In ala meridionali. Naturæ. ☿.
5	20	10	5	30	S	5	& parum. ♂.
5	28	15	1	10	S	3	In ala septẽtrionali virg. N. ☿. & parũ. ♂.
6	3	10	2	50	S	3	In dorso virginis.
6	2	10	15	10	S	3	Naturæ. ♄ & ☿.
6	16	40	3	30	M	1	Spica. Naturæ. ♀ & parum ☿.
6	26	40	7	30	S	4	
6	27	20	2	40	S	2	In summitate pedum virginis.
7	6	0	0	30	S	4	Naturæ. ☿ & ♂.
7	2	40	9	50	S	4	

¶ Dispositiones stellarum sequuntur nuper examinatæ.

¶ Longitudo stellarũ sequẽ.			Latitudo stella.ear.		P. mũdi.	magnitu.	
Si.	G.	M.	G.	M.			
7	8	0	7	30	S	2	In Libra super laucem,
7	12	10	8	40	S	2	Naturæ. ♃ & ♂.
7	11	20	1	15	S	4	
7	14	0	1	40	S	4	In auribus Scorpionis, Naturæ
7	17	30	3	54	S	4	Saturni, & Mercurij.
7	23	0	4	20	S	4	
7	25	40	1	40	M	3	In fronte Scorpionis. Naturæ
7	25	40	5	0	S	3	Saturni, & parum Martis.
7	26	20	1	20	S	3	
8	2	37	4	0	M	2	Cor.♏. Naturæ. ♂. & parum. ♃
8	18	0	15	0	M	4	
8	3	10	19	30	M	3	In nodis caudæ Scorpionis, Na-
8	16	10	18	50	M	3	turæ Veneris, & Saturni.
8	18	0	15	10	M	3	
8	20	30	16	40	M	3	
8	17	0	13	30	M	4	In aculeo Scorpionis, Naturæ
8	17	30	13	20	M	3	Mercurij, & Martis.
8	21	10	13	15	M	4	Nebulosa. Naturæ. ♂. & Lunæ.
8	24	30	6	30	M	3	In Sagitta Sagittarij, Naturæ
8	3	0	3	50	M	4	Martis & Lunæ.
8	26	40	2	7	S	3	In arcu Sagittarij, Naturæ Io-
8	29	0	1	30	S	3	uis, & Martis.

¶ Disposi.

¶ Dispositiones stellarum sequentium nuper examinatæ.

¶ Longitudo.			¶ Latitu.		Pa. mũ.	Magn.	
Si.	G.	M.	G,	m.			
9	5	10	7	45	M	4	In nube, & in vultu Sagittarij, Naturæ Martis, & Solis.
9	6	20	6	45	M	3	
9	7	40	2	30	M	4	
9	10	0	2	30	M	5	
9	7	0	0	18	M	2	In cruribus æqui, vel ipsius Sagittarij: Iouis, & Saturni.
9	7	40	0	23	M	2	
9	16	40	0	13	M	3	
9	18	29	5	50	M	5	In cauda æqui ipsius Sagittarij, Naturæ Veneris, & Saturni.
9	18	40	4	50	M	5	
9	18	50	4	50	M	5	
9	20	0	6	30	M	5	
9	27	20	2	20	S	3	In cornibus Capricorni, Veneris, & modicum Martis.
9	27	10	5	0	S	3	
9	28	50	1	30	S	3	
10	1	41	8	40	M	4	In pedibus, & ventris Capricorni, Naturæ Martis, & Mercurij.
10	6	40	7	40	M	4	
10	10	10	6	50	M	4	
10	10	20	6	0	M	5	
10	10	50	2	10	S	3	In ore Capricorni, Naturæ Martis, & Veneris.
10	16	39	2	10	S	3	
10	16	50	0	20	M	4	
10	17	40	2	50	M	5	

¶ Dispositiones

¶ Diſpoſitiones ſtellarum ſequentium nuper examinatæ.

¶ Longitudo.			¶ Latitudo.		Pa. mũ.	magn.	
Si.	G.	M.	G.	M.			
10	4	40	8	40	S	3	
10	6	10	8	0	S	4	In ſiniſtra manu Aquarij, Na=
10	16	30	8	15	S	2	turæ Sarurni, & Mercurij.
10	26	26	11	15	S	4	
10	21	20	5	0	M	4	In coxis Aquarij, Mercurij, &
10	21	40	7	30	M	3	Saturni.
10	24	40	5	40	M	5	
11	7	40	1	0	M	4	In decurſu aquæ exeuntis ab
11	9	0	7	30	M	4	amphora, Naturæ Saturni, &
11	10	0	0	30	M	4	parum Iouis.
11	10	20	1	4	M	4	
11	11	40	9	15	S	4	In vertice Piſcis meridiani,
11	14	10	7	30	S	4	Natuæ Mercurij, & Saturni.
11	16	0	9	30	S	4	
11	16	0	6	20	S	4	In ore Piſcis meridiani, Iouis,
11	19	40	5	4	S	6	& Mercurij.
11	26	0	6	20	S	4	Sup̄ eius caudā ī filo me. ♄. &. ☿.
0	19	20	15	20	S	4	In ſpina dorſi Piſcis meridia=
0	22	10	17	0	S	4	ni, Naturæ Iouis, & Veneris.
0	15	40	14	20	S	4	In filo ſeptemtrionali, Naturæ
0	16	20	12	0	S	4	Saturni, & Iouis.
0	17	40	12	0	S	4	
0	22	30	8	30	M	3	Lucida ī ligatura. ♓. N. ♂. &. ☿.

¶ Capitulum

¶Capitulum decimumoctauum. De qualitatibus quartarum anni.

Q Vattuor sunt tempora: Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems. Ver ab Ariete, calidũ humidum. Aestas à Cancro, calida & sicca. Autumnus à Libra, frigidus & siccus. Hyems à Capricorno, frigida & humida. ¶Quattuor sunt tempora &c. Hæc à Ptolemæo, decimo capitulo, primæ partis quadripartiti, & ab Albumazare, in quinta differentia, secũdi tractatus, sui introductorij. Alkindus in primo, & omnes in hoc concordant.

¶Capitulum decimumnonum. De qualitatibus planetarum diuersis in singulis quartis anni.

Q Vandò in vere retrogradantur planetę, in quarta vernali. ¶Et quandò in vere retrogradantur, in quarta, æstiuali, illud tempus est mitis complexionis, cũ vento septemtrionis, & ità fortificatur humiditas propter solutionem glatierum, per Solẽ, & planetas retrogrados. Et si fuerint illic directi, debilitabitur signum humiditatis. ¶Quandò in vere retrogradantur, in quarta autũnali, est signum humiditatis temporis. H. ¶Quandò in vere retrogradantur, in quarta hyemali. H. ¶Quandò in æstate retrogradãtur, in quarta vernali. ¶Quandò in ęstate retrogradantur, in quarta. H. æstiuali: est summus calor in parte septemtrionali, & pars meridionalis infrigidatur: & venti calidi cõburunt, & consumunt herbas, in parte septemtionali: & est adhuc calor fortior, si cũ hoc sunt in fundo ecentricorum suorum. Et si fuerint illic directi orientales: erit illa æstas decora, quià tunc debilitatur calor suus, & infrigidatur, & mitigatur aura sua, cũ fuerit Sol in angulo terræ. Sed si tunc essent occidẽtales, esset illa significatio debilior

Effectũ cũ Alkindo omisit.

Hęc etiam cũ Alkindo omisit.

debilior: quià post occasum Solis, appropinquant ad zenit capitum. ¶Quandò in ęstate retrogradantur, in quarta autumnali. signũ est caliditatis in illo tẽpore & siccitatis, nisi. H. vbi ingrossabuntur vẽti meridionales. ¶Quandò in æstate retrogradantur, in quarta hyemali, signũ est caliditatis illius horæ, & siccitatis suæ. ¶Quandò in autumno retrogradantur, in quarta æstiuali, tunc soluent quod Sol congelauit, in parte septemtrionali, & erit tempus varians complexionem, & erunt venti septemtrionales frigidi. Et si fuerint directi, tunc debilitatur calor planetarum, & erit gelu ad summum. ¶Quádò in autumnali tempore retrogradãtur, in quarta autumnali, multiplicabitur ventus septẽtrionalis vi caliditatis Solis, cum planetis, & molietur aër in parte septemtrionali, & ibi multiplicabitur humiditas, & soluent venti meridionales, quod ibi congelatum est. Et si fuerint occidentales, erit summũ gelu in parte septemtrionali, & quiescent venti à meridie. H. ¶Quandò in autumno rettogradãtur in quarta hyemali. H. ¶Quandò in hyeme retrogradũtur, in quarta vernali. ¶Quandò in hyeme retrogradantur, in quarta ęstiuali, tunc est signum humiditatis, quia tunc dissoluit,. H. nisi multiplicatus fuerit vẽtus septemtrionalis. Et quandò erunt directi debilitabitur significatio humiditatis in illo tempore, præcipuè si fuerint occidentales à Sole. ¶Quando in hyeme retrogradantur, in quarta autumnali, erit summa humiditas in illo tempore, & erunt multi venti meridionales: & cum hoc, soluet Sol gelu in septemtrione. Si verò fuerint directi, & occidentales: significabunt magnam diminutionem humiditatis, in illo tempore. ¶Quádò in hyeme retrogradãtur, in quarta hyemali, signum est humiditatis. Et si fuerint tunc directi, signum est siccitatis.

Alias nec multiplicabitur vẽtus &c.

¶Quandò in vere &c. Alkindus in secundo capitulo. ¶Item nota, per quartam talem, intelliguntur tria signa, quæ Sol peragrat in eadem quarta.

Capitu-

❡Capitulum vigesimum. De associatione Solis, cum alijs planetis, & quid significant.

I Tem si fuerit Sol, à capite Capricorni, vsque ad caput Arietis, & vnus retrogadus cũ eo : erit humiditas pauca. Si duo, erit humiditas formosa. Si tres, humiditas addẽs. Si quattuor, erit humiditas similis diluuio forti. Et fortior in quarta vernali, vel in capite Cancri. Si verò non fuerit quis retrogradus, & nõ erit in naturis suis de parte temporum suorum significans humiditatem : erit siccitas, quousq; retrogradetur aliquis eorum, & fortius in siccitate, quandò erit hęc significatio in quarta autumnali, existẽtibus istis significatoribus directis : quià si inueniremus in illa quarta, omnes planetas retrogtados, au tres, aut duos, aut vnum & posteà dirigerentur in quarta hyemali, esset siccitas. Et si fuerint naturæ suæ siccæ, erit siccitas fortis, secundum naturam eorum, qui retrogradantur in quarta autumnali. Et si retrogradi omnes fuerint in ea, & dirigantur in hyemali, signum est siccitatis in omnibus climatibus mundi. ❡Item si fuerit Sol & cætera. Alkindus in tertio capitulo.

De quartis anni humidi & sicci, ex parte directionis, & retrogradationis planetarum.

❡Capitulum vigesimum primum. De combustis planetis quid significant.

I Tem dum cõburitur aliquis leuium in quarta autumnali, & fuerit directus, signum est frigiditatis, & gelu. Et cum comburitur in hyemali, significat nubila, & ventos meridionales. Quandò autem comburitur in vernali, significat nubila. Quandò verò in æstate significat caliditatem, fulgura, & tonitrua. Et quandò comburuntur ponderosi, sunt huius significationis, nisi quòd sunt debiliores. ❡Item dum comburitur & cætera. Alkindus in quarto capitulo.

In quo agit de roribꝰ & pluuijs in omni climate.

❡Capitulum vigesimumsecundum. De natura & qualitate diuersa quartarum dierum, & noctium, & quæ quarta cæli, sit dextra, & quæ sinistra.

Scias quòd

Alkind.ca. 4.nõ.3.vt ifra ſcribit.

SCias, quòd dies ab ortu Solis,ad meridiem,eſt naturæ veris. A meridiæ verò,ad occaſum, naturæ æſtatis, ab occa ſu ad mediam noctem, naturæ autumnalis, à media nocte, ad ortum, naturæ hyemalis. ¶ Scias quod dies &c. Alkindus in tertio capitulo. ¶ Item de hac materia dicitur, trigeſima .H. prima differentia, ſexti tractatus, introductorij Albumazaris. Ibi enim habetur, de naturis temporum anni,& partium dierum, & quartarum Zodiaci,& vẽtorum. ¶ Dubitantur quare non omnem combinationem poſuit Alkindus. ¶ Item quomodò planetæ ſuperiores poſſunt eſſe cũ Sole retrogradi. Ad quod dicit Leopoldus, quòd de ſuperioribus, nõ poteſt hoc fieri, niſi per aſpectus. ¶ Item ſciendum, ſecundum Albumazar, in vigeſima octaua differentia, ſexti tractatus, ſui introductorij, quòd in omni hora efficiuntur in circulo quattuor quartæ, ſicut ſunt quattuor tempora anni, & duodecim domus, ſicut ſunt duodecim ſigna. Quarta igitur ab aſcẽdente, ad medium cæli,& eius.H. oppoſita, ſunt dextræ,& maſculinę: alię verò ſiniſtrę,& fœmininę. Sũt etiã ibi quattuor anguli, quattuor ſuccedẽtes,& quattuor cadẽtes. Itẽ quattuor quartæ.H. luminariũ, ſimiles ſũt.H. quattuor anni triplicitatibus.

Scilicet antepenultima cuius initiũ eſt: nunc exponẽdum videtur &c.

6.Scili. penultima: cui⁹ initiũ eſt. Demũ cæleſtis & cætera.

¶Ab occidua plaga vſque ad imum cæli.

¶ Capitulum. 23. De locis pluuiarum in terra, & de prouincijs, quibus ſignis ſubiectæ ſunt.

NAturę temporum non ſunt in eadem vi, in omni terra: imò augentur,& diminuuntur, ſecundũ appropinquationem, .H. vel elongationem illius terræ, ab æquinoctiali. ¶ Item pars orientalis eſt ſicca,& occidentalis humida: & meridionalis calida, ſeptẽtrionalis frigida. Naturæ temporũ &c. Hoc habetur in Alkindo cap.5. Item pars oriẽtalis &c. Ptolemeus in duodecimo capitulo primæ partis & habentur etiam qualitates .H. Ibidem ſecundum iſtas partes. ¶ Item Ptolemeus ſatis concordat cũ iſta propoſitione. Naturæ temporum &c. In ſecundo capitulo ſecundæ partis quadripartiti.

¶Vbi agit de proprietate vniuerſali tẽporũ.

¶ Capitulum. 24. Per quæ loca terræ fiunt pluuiæ.

¶ Item.H.

ITem ciuitates in quibus sunt pluuiæ sunt inter latitudinem. H. nouem graduum, & sexaginta graduum, in alijs autem propter multitudinem caloris, & frigoris, non sit, nisi .H. calor, siccitas, & gelu. ¶ Item ciuitates & cætera. Alkindus in quinto capitulo.

Hic rectius, quam ī vetusto exēplari Alkīdij, ī quo legitur. 29. gradunm.

Capitulum vigesimumquintum. Quæ loca terræ, cuilibet triplicitati subiecta sunt.

ITem trigonus Arietis, pertinet ad angulum terræ habitabilis, inter septétrionem, & occidentem, & eius primus gubernator, est Iupiter, & Mars habet pticipationem cum eo. ¶ Trigonus Tauri, pertinet ad angulum, qui est inter meridiem, & orientem, & eius primus gubernator, est Venus, particeps verò Saturnus. ¶ Trigonus Geminorum, pertinet ad angulum terræ, inter septentrionem, & orientem, & eius primus gubernator, est Saturnus, particeps verò Iupiter. ¶ Trigonus Cancri, pertinet ad angulum, qui est inter meridiem, & occidentem, & primus gubernator, est Mars, deindè participat cum eo Venus. ¶ Item trigonus &c. Hoc à Ptolemeo, in tertio capitulo, secundæ partis quadripartiti.

Familiaritas locorū, triangulorū, & stellarum.

Capitulum vigesimumsextum. De prouincijs, quibus signis sunt subiectæ.

ITem sunt prouinciæ septuaginta duæ, cum duodecim signis concordantes, secundum Ptolemeum, ità quòd, versus sinistram sint prouinciæ remotæ à medio habitationis, & versus dextram prouinciæ propinquæ.

Capite. 3. libri. 2. quadripartiti.

Aries, Britania, Salatia, Vescamica.
Taurus: Cornua, Media, Persia.
Gemini, Organia, Armenia, Mananeua.
Cancer, Nomdia, Cargadema, Africa.
Leo, Italia, Gallia, Apuleia, Cecilia.

Virgo Babylonia, Algeziraëtor.
Libra Naquitrina, Cazqueda, Azonca.
Scorpio Matagonitas, Marontania, Cantolia.
Sagittarius, Torcia, Calciata, Hiſpania
Capricornus, India Orbana Iadiechia
Aquarius, Zoromatica, Toxana, Acohot
Piſces, Carmia, Dogofonia. Catizomonicas, Garatica
Aries, Ioſum Andonia terre Iudæorum
Taurus, Toclad Cablaz Riperus Aſiæ minor
Gemini, Corianta in armonica inſanus Aegyptus
Cancer, Zoma Tuſquia Quinginqua
Leo, Caprica Zallia Oratiza
Virgo, Aloë Alaya Trozan
Libra, Cays Ananzes Caladotica
Scorpio, Corma Comatza Cadoquia
Sagittarius, terra de Arabia proplata
Capricornus, Braga, Magodonia, Albabiris
Aquarius, Arania, Adama, & Anthiopia, Mediana
Piſces, Lodia galliquia, Tamalia.

¶Item iſte prouincię &c. Hoc à Ptolemeo. ¶Sciēdū quòd in quolibet quarto terræ. H. ſūt prouinciæ, quę propriæ cōcordāt cū altero ſigno triplicitatis gubernātis illud quartū, & cum planetis gubernātibus. Sed hoc diuiſimus, quià prouincias ſecundū iſta nomina nō bene cognoſcimus, nec ibi per quadripartitum Ptolemei complementū habemus, quià etia per modū. H. ſuprà dictū, poterimus cognoſcere cū quibus. H. ſtellis, ſeu planetis, habuerunt cōcordantiā, ſufficient illa quę de prouincijs dicta ſunt. ¶Item ſciēdū ſecundū Ptolemeū, & Haly, in tertio capitulo, ſecūdę ptis quadripartiti, ꝙ ſi imaginetur linea ęquidiſtās ęquinoctiali, & diſtās ab eo trigīta ſex gradibꝰ. Itē imaginetur linea trāſiēs per polos mūdi interſecās lineā prædictā, & diſtās ab occidēte, . H. quinquaginta ſex gradibus punctus interſe

Meliꝰ ſi legaꝛ per modum quiſe quitur.

Potiꝰ quā 59.

intersectionis dicitur mediũ terræ habitabilis. Duæ autẽ lineę prędictæ, distingunt angulos terræ prædictos. ¶ Secundũ igitur quòd aliqua prouincia, plus appropinquabit medio terræ habitabilis, secundũ hoc plus participabit, vt gubernetur à signo, & planeta, qui gubernat quartũ sibi oppositũ cum adiutorio Mercurij. ¶ Item sciendũ, ꝙ per effectus, possumus cognoscere prouincias, & villas cũ signis, & planetis cõcordãtes, sicut per cõplexiones, & mores hominũ, & sic de alijs, vt dicit Ptolemeus, in fine secũdi capituli, secũdæ partis. ¶ Itẽ ex tertio capitulo, secundæ partis sciendũ, ꝙ stellę fixæ cõcordant cũ prouincijs, secundũ illum gradũ, in qubus sunt. Item in eodẽ capitulo H. cõcordantes gradus cũ matribus ciuitatũ, sunt loca in quibus erãt Sol, & Luna, & loca angulorũ, & maximè ascendẽs in principio suę ædificationis. Et si hęc sint ignota, aspice ad medium cæli, domini illius ciuitatis, qui eã ædificare mandauit. Hæc autẽ duo vltima, parũ, aut nihil faciunt ad iudicia mutationis aëris, sed fortè plus facerent, ad iudicia fortuniorũ, vel infortuniorũ illius ciuitatis. ¶ Item Albumazar ponit aliqua loca esse intantũ calida, & alia intantũ frigida, ꝙ ibi nullũ componitur animal, in tertio tractatu, sui introductorij, in tertia. H. differẽtia. Item nota secundũ enndẽ, in quinta. H. differẽtia tertij tractatus, ꝙ in terris duris, & densarum partiũ, & in locis montiũ, plus congregãtur venti, quam in terris mollibus.

Hæc cap. 4. lib. 2. quadripar. in noua trãslatione. Veteris trãslatiõis, & nouę. ca. 5.

De ꝓprietate ducat. Solis. De caussa accessus & recessus.

¶ Annotatio.

¶ Quę gẽtes & regiones essent signis subiectę paulò ante enumeratæ sunt, ab ipso Firmino, sed adeò inoletis, priscis, ac corruptis nominibus, vt hac tẽpestate in vsum nostrũ, & Astrologiæ studiosorũ, cõuerti nequeãt: cũ illa nomina, sint nostris q̃ dissimillima, & omnino immutata, ac temerè in linguã nostrã deducta, q̃ propterea, sunt tibi negligẽda, & hęc, quę sequũtur, diligẽter sunt attẽdẽda: hęc em̃ sunt nobis familiaria, & recẽs in gratiã candidatorũ Astrologiæ ꝑ me ex Ptolemeo collecta.

QVE REGIONES ET GENTES ET quibus signis subsint.

Phi. Io.

Arieti.	Britannnia, Gallia bracàta, Germania, Bastarnia, Cælosyria, Palestina, Idumæa, Iudæa.
Tauro.	Parthia, Media, Persia, Cyclades, Ciprus, Maritima loca Asiæ minoris.
Geminis.	Hyrcania, Armenia, Margiana , Syrene, Marmarica, Inferior ægyptus.
Cancro.	Numidia, Carthaginēses, Afri, Bythinia, Phrygia, Colchos.
Leoni.	Italia, Gallia togata,, Sicilia, Apulia , Phœnicia, Chaldæa, Orchinia.
Virgini.	Mesopotamia, Babylonia, Assyria, Achaia, Creta, pars Greciæ Hellas dicta.
Libræ.	Casperia , Serica regio, Bactria, Thebais , Oasis, Troglodytæ, vel AEthiopia.
Scorpioni.	Metagonis, Mauritania, Getulia, Syria, Comagene, Cappadocia, nonnullis Arabia.
Sagittario.	Tyrrheni, Celtæ, Hispania, Arabia fœlix, Lyguria, vel Hetruria.
Capricorno.	India , Arriane , Gedrosia , Thracia, Macedonia, Illyris, Media AEthiopia.
Aquario.	Sauromatæ , Oxiane, Sogdiane , Azama, Arabia deserta, & petrea.
Piscibus.	Phasania , Garamantes, Nazamonitis , Lydia, Cilicia, pamphilia.

Capitulum

¶ Capitulum vigesimumseptimum.

ITem Aries. H. ex regionibus habet Babiloniā, &c. de aliis signis in terris. ¶ Item Aries &c. Hoc in differentia. H. quarta sexti tractatus, sui introductorij. ¶ Item nota si placet, super illa propositione. Naturæ temporum &c. sententiam. H. Alkindi in quinto capitulo. Cum volueris scire quantitatem naturę temporis, apud quam quartā volueris, in qua ciuitate vsq; ad illam partem. Scias effectus calidorum &c. scilicet in eodē libello Alkindi, quinto capitulo. Item Albumazar in coniunctionibus magnis, in vltima differētia: & Hyspalēsis, in pluribus locis, & Alkabitius, & Haly Abēragel, & plures alij fecerunt mentionem de istis terris, sed fortè alias poterūt poni, cū prædictis, q̄uis nō sit magna vis. Quære hoc.

Immo disse. octaua. De signorum ducatu super diuersas terras.

¶ SEQVITVR SECVNDA PARS DE iudicijs mutationum aëris, per coiunctiones magnas, & eclipses, & introitum Solis in puncta ęquinoctialia, & solstitialia, & alia loca, determinata in Zodiaco.

Caput primum. De pronosticatione temperiei aëris, ex coniunctionibus maximis planetarum.



COniunctio maxima, est coniunctio trium superiorum. Si ergò coniungantur in exaltationibus suis, significant aptationem aëris. Si in casibus suis, signant siccitatem, & terræ sterilitatem. In signo autem aquatico, multitudinē pluuiarū. In aëreo, multitudinē vētorū. In terreo, superfluitatē frigoris. In igneo, siccitatē. Et hoc idem intellige, de cōiunctione Saturni, & Iouis, & Martis. ¶ Cōiunctio maxima &c. hoc Messalach, in septimo, nono,. H. decimonono, & vndecimo capitulis.

Loco decimonono legēdum decimo, quia in decimo cap. de coniūctionib9 planetarū, agit de coniunctione maiori.

Capitulum secundum.

CVm fuerit Saturnus in signis primarum coniunctionum, in quibus fiebant coniunctiones Saturni, & Iouis, & ascendentibus earũ, aut proiecerit radios suos ad ea, ex oppositione, vel quarto aspectu, aut fuerit impeditus in signis terreis, tenebras aëris, & terremotus faciet. Si in aëreis niues, & flatus ventorum nocibilium, & frigus. Si in aquaticis, subuersiones, & diluuia, & secundum quantitem fortitudinum in loco, erit euentus. ¶ Cum fuerit Saturnus & cætera. Hoc in floribus Albumazaris, sexto tractatu. H. in capitulo terremotus.

Capitulum tertium.

COniunctio Saturni, & Martis in Ariete, cum testimonio Iouis, & Lunæ, significat siccitatem, & aliquod signale in aëre. Item coniunctio eorum in Tauro, cũ testimonio luminarium, Iouis, & Veneris, augmentum aquarum, & flatum ventorum significat. H. Item cõiunctio eorum Cancro, cũ testimonio luminarist, & Iouis significat in omnibus horizontibus siccitatem. Itẽ coniunctio eorũ in Leone, significat timorem, propter apparentiam signaliũ. Item coniunctio earum in virgine, cum testimonio Mercurij, significat tempestatem in seminibus. Item coniunctio eorum in Libra, cum testimonio Iouis, significat rubedinem in aëre, in illo anno. Item coniunctio eorũ in Scorpione, si cum eis fuerit Iupiter, & Luna, significat multas pluuias, in pluuialibus locis, & commotionem marium. H. Item coniunctio eorum in Capricorno, cum testimonio Solis, & Mercurij, significat multitudinem ventorum, & fulgurum. Item coniunctio eorum in Aquario, cum testimonio Lunæ, significat paucitatem aquarum pluuiarum, & multitudinem nubium. Item coniunctio eorum in Piscibus, & Sol fuerit infortunatus

Nihil de Geminis: cum tamẽ significent militũ ingruentiã, & auiũ penuriam, & victualiũ vbertatẽ, cũ testimonio luminariũ, Veneris, & Mercurij.

Nihil de Sagittario, in quò tamen coniunctio Saturni, & Martis: significat bellũ inter turcas, & arabes.

natus ex coniunctione. H. eorum ſignificat paucitatem roris. ¶ Item coniunctio Saturni & cætera. Hoc in cõiunctionibus magnis Albumaxaris differentia .H. octaua ſecũdi tractatus. ¶ Intelligendum quãdò dicit: Cum fuerit Saturnus in ſignis primarum coniunctionum, & aſcendẽtibus earũ &c. Per ſigna primarum coniunctionum intelligo, in quibus fiebant coniunctiones Saturni, & Iouis, & ſigna, quæ erant in aſcendentibus earum coniunctionum. Sed quomodo habetur aſcẽdens talium coniunctionum, dicitur, quòd aſcendens alicuius magnæ coniunctionis, eſt aſcendens anni, in quo fit coniunctio illa. Quere de hoc. ¶ Item ſciendum ſecundum. H. Haly, in fine ſecundę partis quadripartiti, & eſt ſecundũ. H. Hermetem, vt dicit: quòd quandò coniunguntur duæ infortunę in ſigno terreo, & fuerint impeditæ, Luna exiſtente ſecum, .H. ſignificant quòd erit terremotus magnus, & ruina ciuitatum, & parietum. Et ſi in .H. aqueo, erit damnum, & fortè nocumentum in aquis. ¶ Item ibidem dicitur, quòd caput draconis eſt calidum. Cauda eſt frigida. Si Saturnus ſe iunxerit cum cauda draconis ſignificationis hora, demonſtrat famem, & forte frigus. H. ¶ Item nota ſecundum Albumazar, in. H. ſecunda differentia, primi tractatus, de cõiunctionibus magnis, quòd coniunctio quæ ſignificauit diluuiũ, fuit ante illud diluuium, .H. ducentis octoginta ſeptem annis. Omar dicit, ducentis ſeptuaginta nouem annis. Dominus orbis tunc Saturnus, cum ſigno Cancri, & fuit diluuium, die. H. Veneris, & fuerunt anni adæ. 2226. vnus menſis, viginti .H. tres dies, & quattuor horę. Item extra textum ſic inueni ſcriptum. H. Immediata coniunctio Saturni, & Iouis, ante diluuium in Ariete fuit, per .H. 81. annos. 202. dies, in ſexto gradu, quinto minuto Arietis, (alias. H. 35. minuto) & hoc ſignificauit diluuium: & ſunt dies numero. 29767. ¶ Item nota, quòd vnus orbis continet. 360. annos, cuilibet gradui cæli vnus annus. ¶ Item numerus dierum

De coniunctionis Saturni, & Martis ſignificatione.

Vltimo capite.

In libro de accidẽtibus vt ait Haly.

Secundum rem, cui ſignum ſuũ conſentit.

Immo diffe. prima q̃ icipit. Sciẽtia aũt &c.

In Album. legit. 279. non. 287.

Nocte etiã diem Veneris p̃cedẽte.

Id eſt media quiã immediata fuit ante p. 2. annos. 22. dies ſecũdũ tabulas Alfonſi.

dierum à primo die diluuij, vsque ad primum diem Christi annorum, qui fuit die sabati. 1132959. ¶ Item nota secundũ Aristotelem, in libro de proprietatibus elementorum, quòd diluuium quod fuit in terra, non fuit, nisi propter cõiunctionem stellarum erraticarum in Piscibus. & ventus qui interfecit gentes in. H. Addramoch. fuit propter coniunctionem eorum in Geminis. ¶ Item quamuis diluuium particulare potuisset significari per coniunctionem planetarum, tamen diluuium vniuersale non. sicut fortè etiam, bonitas, & excellentia domini nostri Iesu Christi, seu beatę virginis Mariæ, potuerunt per stellas representari, vt in Ouidio de vetula aliqualiter tangitur: tamen cum humanitas cum diuinitate coniungeretur, hoc supernaturaliter factum est, etiam vniuersalitas diluuij, potuit miraculosè eo incidere, cum tempore significationis naturalis diluuij particularis. ¶ Item sciendum quod diluuium primum fuit in tempore Noë, toto orbe terrarum contecto. Secundum. H. diluuium, temporibus Iacob patriarchæ. Tertium, . H. tempore Moysi in Thessalia, cum in montem Pernasum fugerunt homines.

Mirandula hunc librũ Aristotelis vt spuriũ respuit. alias: ad moth.

In achaia tẽpore ogigis. Tempore Deucalionis.

¶ Capitulum quartum. De temperie aëris per eclipsim.

CVm fuerit eclipsis Solis in signis igneis, significat siccitatem, & terræ sterilitatem. Et in aquaticis, multitudinem pluuiarum, & decrementum ab eis, nisi aspexerint fortunæ. ¶ Cum fuerit eclipsis Lunæ in signis frigidis, significat grauitatem frigoris. Cum fuerit in aquatico, significat abundantiam pluuiarum, si adiuuat tempus, id est si fuerit hyems. Si fuerit estas, significat temperamentum aëris, & sic de alijs. ¶ Cum fuerit eclipsis Solis in signis igneis &c. Hoc Messalach in septimo capitulo. H. ¶ Cum fuerit eclipsis

De cõiunctionibus, planetarũ.

eclipsis Lunæ in signis frigidis &c. Hoc Messalach in quinto capitulo. H.

Epistolę de coniunctionibus planetarum.

¶ Capitulum quintum. De significatione eclipsis in qua parte terræ, & quando eueniet.

I Tem in prouincia, vel ciuitate, cum signo eclipsis cōcordante maximè si fuerit ibi visibilis eclipsis, erunt accidentia, potissimè, quæ per eclipsim significātur. ¶ Item accidens durat, secundum numerum horarum æqualium durationis eclipsis, per annos videlicet, si fuerit Solis, menses autē, si fuerit Lunæ. Item principium occidentis erit. secundum quòd distat eclipsis ab ascendente, verbi gratia: si sit versus orientem, erit in quattuor primis mensibus, & erit maior fortitudo, in termino primo durationis totius accidentis: & si versus medium cæli, principium erit in alijs quattuor mensibus, & maior fortitudo erit, in termino medio: & si fuerit versus occidentem, principium erit in quattuor vltimis mensibus, & erit fortitudo, in teminor postremo. Itē augmenta, vel decrementa accidentium, .H. veniunt in locis habentibus in alijs accidentibus rationem, vel in locis habentibus cum eis participationem in figura. Veniunt etiam augmenta accidentium, vel decrementa, secundum status essentiales, & accidentales planetarum significatorum, & secundum participationem eorum in figura, cum signis accidētia operantibus, Vnde si significatores fuerint oriētales stantes, veniet per eos augmentum, & si occidentales, & sub radijs ascendentes, prima nocte retrogradi: veniet per eos decrementum accidentium. ¶ Significatores autem eclipsium, appellantur illi, qui habuerint dignitates essentiales, & accidentales, in loco eclipsis, & angulo, qui est ante eclipsim, sicut sunt applicationes, & pertinentię terræ, & secundum participationem figuræ: aut

Exordia ipsa cognoscūtur ex loci defectiui habitu erga cardines.

Fortè hoc est addēdū. Possunt sciri per cōiūctiōes: quæ fiūt in medio huius temporis quando veniunt &c.

quòd

quòd fuerint domini exaltationum, trigonorum, aut terminorum, & hoc siue sit vnus, vel plures. Si tamen fuerint plures, dominus loci eclipsis est præponendus: si verò plures ibi habuerint æquales dignitates, præponemus eum, qui magis fuerit ibi circa angulũ in suo hays. Postea significatores in stellis fixis lucentibus, sunt etiam considerandi & illi qui sunt in signo eclipsis, vel cum angulo, qui fuerit .H. ante ecclipsim. Vltimo verò considerandus est planeta, qui hora eclipsis fuerit cum ascendente, vel cum medio cæli, qualiscumq; sit eorum, qui sequuntur locum eclipsis. ¶Figuræ autem bestiarum siluestrium à parte septemtrionali, quando habuerint fortem significationem in eclipsibus, significant propriè terremotum, ruinam castrorum, & motum aëris sine suspitione. A parte autem meridiei, significant cursum ventorum, & multitudinem pluuiarum suo tempore. ¶Item in prouincia, vel ciuitate, &c. Hoc habetur ex dictis .H. Ptolemei, & Haly, quinto capitulo secundæ partis. ¶Itẽ accidens &c. Hoc habetur in capitulo .H. eiusdẽ partis &c. ¶Itẽ prĩcipiũ &c. Hoc in .H. 6. capitulo. ¶Itẽ augmenta &c. Hoc à Ptolemeo in sexto capitulo eiusdem partis. ¶Significatores &c. Hoc totũ vsque ibi. ¶Si igitur Saturnus &c. extrahitur ex dictis Ptolemei in .H. septimo capitulo secundæ partis quadripartiti.

Legẽdum est post eclipsim ex greco exẽplari, quòd affirmat Mirãdula. cap. 7. li. 2. aduersus astrolo.

De regionibus, quarum sint significationes.

Sexto scilicet in quo agitur de tẽpore euẽtuum.

De genere euẽtuum.

¶Capitulum sextum. De significatione significatorum eclipsium.

Item si significatores tempore eclipsis fuerint in signis soltistialibus, vel equinoctialibus, significatio sua, generaliter erit, in statibus aëris, in proprijs tẽporibus illius signi, sicut, si in Ariete, in vere, in Cancro verò, si in estate & sic de alijs. Hoc totum habetur in capitulo & loco præalegato.

Cap. 7. lib. 2. quadripartiti.

¶ Capitulum ſeptimum. De ſignificatione Almutan eclipſis : & de dignitatibus eſſentialibus, & accidentalibus quæ ſint.

S I igitur Saturnus fuerit ſolus gubernator, ſignificat damnum propter frigus, niues magnas, grandines, & nubes ſpiſſas, potiſſimè cum ſignificatio eius fuerit in ſtatu aëris. Si Iupiter, ſignificat temperiem aëris, cum multitudine ventorum. Si Mars, ſignificat calorem, & ſiccitatem & ventos calidos, & corruptos, & mortales tempeſtates, radios &. H. radius, qui dicitur cariſto, cum paucitate pluuiarum. Si Venus, ſignificat temperamentum aëris, cum ventis humidis nutrientibus. Si Mercurius, ſignificat ventos turbinoſos, & feſtiuos, qui de leui mutantur, tonitrua, coruſcationes, terremotus, &. H. relampagos, & quando abſconditur, ſignificat minutionem in aquis, & quando apparet, auget. Vnde quando intrat ſub radijs, facit ſiccitatem, & exit de ſub radijs, & aſcendit, operatur humiditatem. Notandum etiam, quòd loca in quibus Mercurius facit ſiccitatem, ſunt: quando eſt in dignitatibus planetarum ſiccorum, aut cum eos aſpicit, aut quando intrat ſub radijs Solis, & econtra de humiditatibus. ¶ Si igitur Saturnus & cætera. Hoc habetur ex dictis Ptolemei, in octauo capitulo, ſecundæ partis quapartiti. ¶ Sciendum, quòd multa alia ſunt iudicia per eclipſes, quæ hic non ponuntur, quià non multum faciunt ad propoſitum, ſed de hoc ſpecialem tractatum facere intendimus, per gratiam dei.

Si ſolus arripuit dominationē.

Intellige fiet radius vel erit.

Immittit flammãtia fulmina: & terram cõcutit.

De modis futurorũ.

¶ Nota ſecundum Haly in ſexto capitulo eiuſdem partis, quòd ab horis temporalibus ſciemus, quando erit accidens, & ab horis æqualibus : quanto tempore durabit, & ab aſcendente principij eclipſis, ſciemus principium accidentis, & ab aſcendente medij ſciemus quando erit maior for-

tudo

titudo,& ab aſcendente finis,complementum: & ab aſcenden te coniunctionis, ſciemus planetam dominantem. ¶Item ſciedum,quòd per horas temporales cognoſcimus quádo erit accidens,patet quòd ſignificatio eclipſis Solis,nõ poteſt elongari vltra duodecim annos,Lunę verò, vltra duodecim menſes. ¶Item ſciendum, quòd ſi cum eclipſi Solis fuerit aliqua coniunctio magna,vel parua. H. planetarum,duplicabuntur anni durationis, ſecundum tempus redditus illius coniunctionis,vel oppoſitionis,vel alterius applicationis,& ſic accidentia durant, denaria,vel centenaria,vel millenaria annorum. Si verò hoc fuerit cum eclipſi Lunæ, duplicabuntur in menſes,verbi gratia. Si cum eclipſis Solis, fuerit coniunctio Saturni,& Iouis,in principio Arietis,& durauerit eclipſis per

alias.2000. duas horas: durabit accidens ferè.12000. annorum,& ſi Lunæ,tot menſes,verum eſt tamen, quòd in tanto tempore mutantur accidétia, per ſimilitudinem,vel diſſimilitudinem,ſignificationum eclipſium,& coniunctionum intermediarum. ¶Item ſciendum,quòd fortitudo maior fuerit, inprincipio, medio,vel fine durationis aſcendentis,ſecũdum elongationẽ ab aſcendente,&eſt regula generalis in eclipſibus cõiunctionibus & oppoſitióibus,& omnibus applicationibus. ¶Itẽ nota ſuper illa particula.Significatores &c.Secundũ Haly,ſeptimo

Hoc eſt quinti capituli ſupra poſiti.

capitulo ſecũdæ partis: quòd dignitates eſſentiales planetarũ ſunt: ſicut domus, exaltatio, triplicitas, terminus, & facies, accidentales autẽ ſunt applicatio, ſeparatio,.H. orientalitas, .H.occidẽtalitas maſculinitas,vel fœmininitas.H.aut apparitio,.H.autẽ cũ Sole,&Luna.H.participatio in figura,vel ꝙ ſit cũ eclipſi,ſuper vno circulovel ſuper duobus circulis æquidiſtantibus,vel quòd habeat ſitum talem,qualem habet eclipſis & hoc eſt eſſe cũ. H. in vno circulo, ex circulis qui ſunt æqui diſtantes horizonti,verbi gratia: quòd ſi altitudo eclipſis verſus oriẽtem ſit ſeptemgraduum, quòd etiã ille planeta verſus occidentem

Lege,aut habere cũ Sole & Luna &c. Eclipſi,ſcilicet.

occidentem habeat altitudinem ſeptem graduum, & hoc modo, quòd habeat dignitates in angulo qui aſcendit ante eclipſim eſſentiales, vel accidentales: talis eſt dominus eclipſis. ¶Item ſciendum ſecundum Haly, quòd angulus ante eclipſim dicitur ille, qui habet tranſire per locum .H. per modum equinoctij. ¶Item ſciendum ſecundum Haly ibidem, quòd ſi plures ſignificatores fuerint equales in dignitatibus, præponendus eſt ille, qui fuerit in angulo fortiori .H. & generaliter ille, qui fuerit in ſuo haiz. ¶Item ſecundum Haly ibidem: Ptolemeus nominauit ſignificatores. H. ſine Sole & Luna .H. eo quòd opus eorum reducitur ad naturam prædominantis. .H. ¶Item ſciendum ſecundum Haly ibidem, quòd ſtellæ lucentes, de quibus facit mentionem Ptolemeus in quinq; primis magnitudinibus .H. ¶Item ſciendum ſecundum Haly ibidem, quòd angulus ante eclipſim, .H. ſuper partem occidentalis ab eclipſi, & angulus qui ſequitur eclipſim, ſe ponet in loco eclipſis. H. cum motu firmamẽti, per quem facit diem, & noctem. ¶Item ſecũdum Haly, ad figuras anguli anterioris, &. H. eſt qui poſtea ſequitur, aſpicere nõ oportet. ¶Sciendũ quod &c. Ex dictis Haly & Ptolemei habetur, quòd angulus occidentis præfertur medio cęli, & medium cęli aſcendenti, quià ſi eclipſis ſit ſupra terram aſcendens, non poteſt eſſe occidentalis ab eclipſi, &c. Quere de hoc. ¶Item per colores in eclipſibus apparentes, poteſt fieri iudicium: ſed de hac materia, in fine huius poterimus facere mẽtionem. ¶Item in cẽtiloquio Ptolemei, .H. & in Hyſpalenſi, fit mentio de eclipſibus, & alibi. Vide ſi vis.

Lege p locũ eclipſis, p motũ æquinoctij.

Et qui potentior, ac magis conditionis ſectæq; fuerit

In eclipſi.

Sunt obſeruandæ.

Bene ſi addatur cadit

¶Loco eſt meli⁹ ſi legatur eius.

Aphoriſmo. 96.

¶Capitulum octauum. De ſignificatione Martis in reuolutione anni.

SI in hora reuolutionis anni, Mars fuerit in domibus ſuis, ſignificat multitudinem pluuiarũ: ſi in domibus Saturni, paucitatem earũ: in alijs autem, mediocritatem earum

tem earum. ¶ Si in hora reuolutionis,&c. Hoc habetur ab Albumazare, in floribus suis, in capitulo: Scientia autem pluuiarum &c. & in coniunctionibus magnis. Et ab Hyspalensi capitulo primo.

¶ Capitulum nonum. De significatione Saturni, & reliquorum planetarum: in singulis signis hora reuolutionis.

I Tem si Saturnus hora reuolutionis fuerit in Ariete, & eius latitudo fuerit septemtrionalis, significat corruptionem, & densitatem aëris, si fuerit meridionalis, grauitatem frigoris, & gelu in suis temporibus. ¶ Saturnus in Tauro septemtrionalis, significat temperamentum: & pluuiæ erũt vtiles. Meridionalis verò, corruptionem aëris significat. ¶ Saturnus in Geminis septemtrionalis, significat flatum ventorum vehemẽtium, & terremotus. Meridionalis, paucitatem pluuiarum, .H. quià si cum hoc occidentalis fuerit, significat siccitatem aëris, & desiccationem fontium. ¶ Saturnus in Cãcro septemtrionalis, significat paucitatem aquarum in fluminibus, atq; pluuiarum. Meridionalis, mediocritatẽ. Oriẽtalis, frigus tempore suo. Occidentalis, pluuias, & ventos. ¶ Saturnus in Leone septemtrionalis, multitudinem significat pluuiarum. ¶ Saturnus in Virgine septemtrionalis, significat suauitem ventorũ. Meridionalis, paucitatem pluuiarum, & consumptionem aquę fontium. ¶ Saturnus in Libra septemtrionalis, significat siccitatem aëris, & calorem eius, paucitatem pluuiarum, & consumptionem aquarum. Meridionalis verò. H. suauitatem ventorum. ¶ Saturnus in Scorpione septemtrionalis: significat multitudidem pluuiarum& abundantiam aquę fluminum. ¶ Saturnus in Sagittario septemtrionalis, significat multitudinem aquarum fontiũ, & frigus hyemis. ¶ Saturnus in Capricorno septemtrionalis, significat temperamentũ aëris.

Melius si legatur quod.

alias siccitatem.

aëris. Meridionalis, tenebras aëris tempore hyemis, nubes atq; frigus, occidẽtalis, calorẽ. ❡ Saturnns in Aquario ſeptemtrionalis, ſignificat multitudinẽ pluuiarũ. H. grandinem frigus, & gelu. Meridionalis, paucitatem aquarũ, fõtium, & fluminum. ❡ Saturnus in Piſcibus ſeptemtrionalis, ſignificat multitudinem flatus ventorũ ſeptemtrionaliũ, & grauitatẽ frigoris hyemis. ❡ Iupiter in Ariete ſeptemtrionalis, bonã complexionẽ aëris, & paucitatem pluuiarum ſignificat, Meridionalis, corruptionem ventorũ, & grauitatem eorũ. ❡ Iupiter in Tauro ſeptemtrionalis, ſignificat immobilitatẽ aëris, & calorẽ Meridionalis, abundantiã pluuiarũ, & aquarum fontium. ❡ Iupiter in Geminis ſeptemtrionalis, bonitatem ventorũ, mediocritatem pluuiarũ ſignificat. Meridionalis, multitudinẽ tonitruorũ, & fulminũ. ❡ Iupiter in Cancro ſeptẽtrionalis, bonitatẽ aëris, & abundantiã pluuiarũ, tonitruorum, & fulminũ ſignificat. Meridionalis, pulchritudinẽ aëris. ❡ Iupiter in Leone ſeptẽtrionalis, grauitatẽ tonitruorum, & fulminũ ſignificat. Meridionalis, ſiccitatẽ aëris, & paucitatem pluuiarũ. ❡ Iupiter in Virgine ſeptemtrionalis, ſignificat paucitatẽ tonitruorum, & fulgurũ, & multitudinẽ pluuiarũ. Si Meridionalis, pulchritudinẽ aëris. ❡ Iupiter in Libra ſeptẽtrionalis, ſignificat multitudinẽ ventorum occidentaliũ. Meridionalis, paucitatem pluuiæ. ❡ Iupiter in Scorpione ſeptemtrionalis, ſignificat bonitatẽ ventorũ. Meridionalis, multitudinem tonitruorum. ❡ Iupiter in Sagittario ſeptemtrionalis, ſignificat bonitatẽ aeris. Meridionalis, paucitatem pluuiarum. ❡ Iupiter in Capricorno ſeptemtrionalis, ſignificat multitudinem tonitruorum, & pluuiarum, & fulgurum. ❡ Iupiter in Aquario ſeptemtrionalis, ſignificat tenebras aeris, & multitudinem pluuiarum. Meridionalis, multitudinem tonitruorum, & fulgurum. ❡ Iupiter in Piſcibus ſeptemtrionalis, ſignificat multitudinem aquarum fluminum, & fontium. Meridionalis, multitudinem pluuiarum, &

Vel grauitatẽ frigoris.

paucitatem tonitruorum, & fulminum. ¶ Mars in Ariete septemtrionalis, significat calorem aëris, & paucitatem pluuiarum. Meridionalis, grauitatẽ tonitruorũ, & fulminũ. ¶ Mars in Tauro septemtrionalis, significat multitudinem pluuiarũ, & bonitatẽ herbarum. Meridionalis multitudinem tonitruorum septemtrionalium. ¶ Mars in Geminis septemtrionalis, significat multitudinem pluuiarum. Meridionalis, paucitatẽ aquarum fontium, & fluminum. ¶ Mars in Cãcro septemtrionalis, significat paucitatem aquarum fontium, & multitudinẽ frigiditatis, in tempore suo. Meridionalis, flatum ventorum. ¶ Mars in Leone septemtrionalis, significat paucitatẽ aquarum directus, flatum ventorum occidentalium. ¶ Mars in Libra septemtrionalis, significat multitudinem tonitruorum, & fulminum. ¶ Mars in Scorpione septemtrionalis, significat paucitatem aquarum. Meridionalis, multitudinem aquarum fontium. ¶ Mars in Sagittario septemtrionalis, significat bonitatem, & pulchritudinẽ. H. aëris. ¶ Mars in Capricorno septemtrionalis, significat multam niuem, cum frigore nimio. Meridionalis, calorem. ¶ Mars in Aquario septemtrionalis, significat multitudinẽ frigoris, & niuis. Meridionalis, grauitatem caloris, specialiter retrogradus. Mars in Piscibus septẽtrionalis, significat bonitatem cõplexionis aëris. ¶ Item si Saturnus hora reuolutionis &c. Hoc extrahitur ab Albumazare, in floribus suis, capitulo: tractatus in partibus latitudinis &c. & in duobus sequẽtibus capitulis. Dicit etiam in fine illorum capitulorum, quòd de inferioribus non facit mentionẽ, quòd suos effectus non esset expertus: sicut de tribus superioribus.

Nihil ad rẽ de Virgine

Capitulum decimum.

Item in reuolutione anni, si plures planetæ fuerint cõiuncti in signis aquaticis, significant multitudinẽ pluuiarum. In igneis, superfluitatem caloris, siccitatem, & ter-

& terræ ſterilitatem, in aëreis multitudinem ventorum. In terreis, gelu atq; niues. Similiter in quartis anni, cum fuerint in ſignis frigidis, ſignificant grauitatem frigoris. ¶ Item cum Mars fuerit dominus quartæ æſtiualis, & fuerit in aliqua domorum Mercurij: ſignificat multitudinem peſtilentiarũ &.H. pluuiarum. Et ſcito quòd grauitas ſiccitatis, & terræ ſterilitas, & penuria annonæ, non ſint niſi ex coniunctione planetarum in ſignis igneis. ¶ Item in reuolutiõe anni &c. Hoc Meſſalac in quarto. H. capitulo. ¶ Item in reuolutione anni, ſi Saturnus fuerit in ſigno terreo, & non fuerit planeta beneuolus aſpiciẽs ipſum, & fuerit Luna in aſpectu quarto, vel oppoſito cum ipſo: tunc ſignificabit ſuper terręmotũ magnum, in quolibet loco, in cuius ſigno fuerit Saturnus: aut in aliquo angulorũ ſigni terrę. ¶ Item in reuolutione &c. Hoc Abrahã in. H. ſecundo capitulo. ¶ Itẽ in reuolutione anni, ſi Mars fuerit in ſignis calidis, addet caliditatem, Saturnus autem minuet. Sed quãdo Saturnus eſt in terreo, addet frigiditatẽ, Mars verò minuet. Mars autem in aëreo addet caliditati ſuę. Saturnus verò minuet ex ea. Saturnus in aqueo, addet frigiditatem: Mars minuet eã. ¶ Itẽ in reuolutione, ſi Mars &c. hoc Alkindus octauo capitulo. ¶ Item in reuolutione inſpice dominum anni, & Lunam, & partẽ fortunę & dominũ partis tardagotum & quis habuerit dominiũ ſuper omnes. Si Saturnus, Venus, & Luna, & Mercurius, erit pluuia anni multa, maximè ſi fuerint in ſignis pluuioſis, ĩ Aquario, aut in fine Capricorni, & Arietis, & Tauri, & prĩcipio Leonis. Amplius illis Scorpio,. H. Piſcibus &. H. Aquario &c. ¶ Itẽ in reuolutiõe &c. Hoc Alkindus ĩ. H. octauo capitulo. ¶ Amplius ſub anni cõuerſiõe Mars in Scorpione Venerẽ reſpiciẽs, imbribus emanat. Venus autẽ in Scorpione exiſtẽs, à Marte reſpecta, ꝓpter Maria quę Scorpio habet: pluuiarũ facit iudiciũ. Si verò Martis aſpectu careat, ex relicto ducatu, nõ erit multorũ ĩbriũ vbertas. Itẽ Venus, & Luna

Libri coniunctionũ planetarum.

Non ſecundo cap. Sed nono.

Vbi agit de multa & pauca anni pluuia.

& Mercurius ſub anni conuerſione in locis pluuiarum ,earum .H. aufert redundantiam. Sunt.H.autem pluuiarum loca : vtraq; domus Saturni,earumq; oppoſita: Leo videlicet,& Cancer, de quorũ numero Piſces itidem erunt, propter riuos quos habent , & flumina & Sagittarius, propter maria , quæ in eius extremo ſunt,vel exiſtunt : & Scorpio, propter ſua loca,& littora. Luna itaq; applicans Veneri in eiſdem locis,imbres protendit futuros. Sunt autem paucorum imbrium ſigna : Taurus,& Gemini, verũtamen Tauri principium, & Arietis finis, propter nubes quas.H.habent : pluuias indicant : non minus quoq; Virgo,& Libra, modicas habent pluuias, Capricornus autem, plus habet frigoris , & ſiccitatis, quam pluuiæ , nec in ipſo fient imbres .H. niſi Luna de ipſo ſtellam in loco aquarũ reſpiciat. Venus, & Mercurius ſub .H. lumine Martiſque aſpectu : Mars ipſi Lunæ lumen ab eis reſecat , & prohibet, niſi (inquam) : conuentus , vel oppoſitio ſit in ipſo : ſic.H. nec pluuias affert. ¶ Amplius &c.Hoc in libro qui incipit cũ multa &c. ¶ Item ſub anni conuerſione, & quartarum eius, ſcias aſcendens , & vtrum Luna ſit in ſigno frigido, vel calido, vel humido,vel ſicco.H.&c.Planetæ applicantes rem coartantur. Maius quidem iudicium pluuiarum eſt,ſi domino circuli (qui poſt Lunarem collocatur) applicet.H.potiſſimum Luna. Rurſum auſtralis deſcendens , ſtellæ auſtrali , & deſcendenti applicans: imbres apportat multimodos,eò etiam Marti applicante : ſi autem ab eodem recedens Veneri applicet : pluuias efficit, & rores, eadem quoq; à Ioue recedens , cum Mercurio facta applicatione, vel dum Saturnum relinquit Soli applicans: non aliud dabit iudicium. Potior quoque.H. quæ diximus de oppoſitione,& in ſignis quę aquas ſignificãt,facta.H.applicatione: cuiuſmodi ſunt Aquarius,.H.Leo,& Scorpio in gradibus ſcilicet eorumdẽ. Itidem etiam in Geminis,& Sagittario, conuẽtu itaq;,aut reſpectu.H.fortè depręhẽſo: & Luna in domo propria

Lege poti⁹ affert.

Videtur legendũ: ſub Lunæ &c. Meli⁹ ſi legatur: ſic nim.

Vel ſic : & etiã cui Luna applicet

alias quòd

Rectè: applicatio.

Melius forti.

mo propria Saturno applicans, aut in Piſcibus Veneri, aut in Aquario cum Venere, & Mercurio: imbres vtiliſſimos, & multiplices inducit. ¶ Item ſub anni conuerſione &c. Hoc in libello, qui incipit cum multa. ¶ Item in ingreſſu Solis in Scorpionem, ſi Venus fuerit orientalis, in anni principio multos: in fine verò paucos denunciat imbres. Occidentalis verò: econtra. Soli etiam in eodem ſigno coniuncta, anni, & menſis illius, in quo conueniunt: principia imbribus emanant: quòd ſi de Venere aliter accidat, dū Sol Arietis exordia ingreditur oriente conſtituto, ceteriſq; cardinibus firmatis: quæ orientalis termini dominium vindicauerit ſtella: hæc beneficia pluuiarum per totum annū adminiſtrat. Veneris itaq; & Mercurij, & Lunæ, aut partis alterius cum eadem applicatio, vel conuentus: dum tres hæ ſtellæ in ſignis morentur aquaticis, aut Luna alteri applicat, dum nulli duarū applicet: imbres multiplicat. Mercurius etiam à Marte corruptus, aut ſub aduſtione conſiſtens, & Luna eidem applicans: primo paucas, medio multas, non tamen ſine fulgure, & tonitruis, & aëris corruptione, adducit pluuias. ¶ Rurſum eo anno pluuiæ rareſcunt, quotiens Luna cum Marte fuerit, aut eidem Venus applicet, aut fortè ſit aduſta Luna iterū cū Sole & Marte: aut ſi Saturno Mercurius applicet: & Luna eorum alteri in anni principio pluuiæ redundant, in fine verò minuuntur nubium denſitate facta: & etiam aëre corrupto. Nam Ioue in ſigno aquatiquo exiſtente, dum Venus & Luna eidem applicent eo anno multos. H. ſignificat ſalubres imbres, eo autem ſignum ocupante igneum: ſi Mars cum eo applicatur, paucos ſignificat. Amplius. H. orientalis dominus qui & ipſe toto anno imbrium gaudet dominatu. H. in cardine fortunatis applicans, totum annum reddit pluuioſum ipſe nanq; à Marte corruptus, idem cū eo ſignum obtinens, dum tamen Luna Marti applicet: nubibus multis, & paucis manabit imbribus. Signum iterum in quo

Potius orientis.

quo conueniunt, si est aëreum, & Luna sit eidem applicata rores multiplicat. H. Quòd si idem Mercurius in imbribus fruatur dominio, & ipse corruptus: graues, & multos eodem anno nunciat imbres: sicq; corruptio ex ventis, & nubibus generatur. Si autem hic fuerit Iupiter, quamuis corruptus: & si. H. pauci sunt: nulla tamen erit aëris corruptio. Venus autem hãc dignitatem vendicans, & Marte infœlice, vel adusto: absque imbrium stilla nebulas exauget & rores. Mars item eadem potius dignitate, paucas pluuias, pauciores rores inducit, Saturnus itidem & si paucis humectet imbribus, nebulas frequenter miscebit, in signo tamen discurrens aquatico: modũ pluuijs adhibebit, & adhuc præscripti domini beneuolentia. nubibus. H. accedit. Nonnulla quoq; industria, Venerẽ, Mercurium, & Lunam, eorumq; præscriptos effectus, attendere necesse est, alterna nanq; eorum applicatio, rores multiplicat, aut detrahit, luminari applicatione cum fortunatis deprehensa. Imbrium quidem prohibitio, à Marte, & Sole, & Saturno procedit. Saturnus tamen in aquaticis, pluuias inducit.

Et nubes spargit.

In libro nouẽ iudicũ.

¶ Item in ingressu Solis &c. Hoc. H. Omar. ¶ Sole Itaq; primum libræ, & Capricorni punctum ingrediente, oriens firmetur, non minus qnoq; stellarum loca perscrutari necesse est: quibus diligenti obseruatione perquisitis: si quæ sit Veneris, Mercurij, & Lunæ applicatio, sed etiam Martis locus, & cui applicet, mente. H. peruigili notandus est: nubium enim abductio, & roris beneficium, pluuiarumq; modus, iuxta omnem stellarum applicationem, sicut de principio anni dictum est, poterit deprehendi. ¶ Sole itaque primum libræ &c. Hoc. H. Omar.

Vbi supra.

Capitulum vndecimum.

ITem si Saturnus præfuerit significatori anni, absque respectu Martis, vel alterius, erit superfluitas frigoris in hyeme, in vniuersis regionibus frigidis septem-

trionali-

trionalibus,& regiones vltramodum calidæ, temperabuntur: & fortificabitur in frigiditate, & ſiccitate, cũ fuerit aſcendens in circulo ſuæ augis. ¶Mars cum præfuerit ſignificatori anni, temperabitur frigus hyemis, in regionibus ſeptemtrionalibus: & operabitur partem huiuſmodi: cum in hyeme inuentus fuerit in ſignis ſeptemtrionalibus, & in æſtate, in meridionalibus, erit ſuperfluus calor interimens animalia. ¶Item ſi Saturnus & cætera. Hoc in defferentia .H. quarti tractatus Albumazaris. ¶Item cum intrat Sol Libram, ſi Venus, ſit ſub luce Solis, & cum hoc ſit occidentalis: pluuia erit multa in exordio, in fine autem pauca, ſi autem orientalis, & viſibilis, erit pluuia econuerſo. Si verò fuerit actualitas ſua, poſt illam horam per menſem & dimidium: ſignificat multam pluuiam in medio anni, & quanto erit plus vnus ſub radijs, plus mutabitur aër ad pluuiam. ¶Item cũ intrat Sol Libram &c. Hoc Alkindus octauo capitulo, hoc idem Hyſpalenſis. ¶Item ſub ingreſſu Solis in Libram, Venus ante Solem minus triginta gradibus diſcurrens, & directa: hyemis principia pluuijs humectat. Si verò nec ab inuicẽ diſtiterint: circa finem .H. ad ipſum promittit. Si verò maior quam triginta graduum fuerit diſtantia: hyemis principium frigore, ſed paucis redundat imbribus: donec interiectum ſpatium, ad minorem redeat quantitatem, quotiens autem ſuo curſu minor vno ſigno attendenda erit diſtantia, annus ille multiplices habebit pluuias: maiorem quoq; imbrium abundantiam, Solis, & Veneris in eodem ſigno generat progreſſus. ¶Item ſub ingreſſu Solis & cætera. Hoc in libello cum multa. ¶Item anni pluuioſi ſtatus, ab ingreſſu Solis in Libram vſque in vigeſimum Scorpionis gradum: non minus .H. à luminari applicatione cum cęteris ſtellis, potiſſimũ dependet. Stella igitur cui Luna applicat orientalis exiſtẽs: finem anni, vel menſis, aut etiam hebdomadæ monſtrat pluuioſum. Occidentalis namq; prę-

Quinta. 4. tractatus introductorij magni.

In fine capitis.

Melius: id ipſum.

Puto legẽdum à lunari appli.

nanq; prædictorum initia imbrium beneficio decorat. Hæc ta
men applicatio, propriè cum Venere facta, & Mercurio: quæ
Sic Iaphar. puto tamē legendum minuit.
dicta sunt. H. innuit. Alia nanq; orientalis, & altera occiden-
talis: dum Luna eisdem. H. applicat: communes per totum
annum, necnon maximas denotat pluuias. Imbrium nanque
multitudo, dum Venus, & Mercurius, Scorpiū, Capricornum,
Aquarium, & Pisces ingredi festinant: præcipuè manat. Sed
Lege, quæ cū ita &c. Potius, nec inutiles.
etiam eorum cum Luna de locis humidis, non sine respectu
applicatio. H. cum ità se habeant, pluuias generales. H. im-
mutabiles ostendit, Luna quoq; alteri applicante, dum. H. al-
potius, dū altera Lunā respicit.
teram Luna respiciat: quandiu respectus inerit, donec ab al-
tera separetur: aberit imbrium multitudo. Luna itidem cum
Saturno applicans, molles, & suaues pluuias, sed & quietas o-
stendit: & nebulas obscuras, & nigras. Si verò Marti: im-
bres, & tonitrua, & corruscationes apportat plerumque pe-
tras, & grandinem, & nubes croceas, & ruborem desuper, &
Vel huius.
candorem habentes. Mercurius quidem. H. huiusmodi assum
pto ducatu: pluuias, ventorum rabiem: eorumque asperri-
mos nunciat discursus, nubes etiam incontinuas, & dispersas:
croceas quoq;, & fumi colorem habentes, inducit. Sol autem
Legēdum guttas grādes potius quā grandines. Adde & nubes.
si huiusmodi ducatum assumat, guttas, .H. grandines, & nu-
bes croceas portendit. Venus autem eodem assumpto: plu-
uias molles, & continuas: rores multos. H. imbribus similes,
profecto generat: Iupiter nanque serenum. H. aërem, & ven-
tos habet propicios. Non aliter quoque cæterarum stellarum
adinuicem facta cōmunitas, siue mixtio: communem (vt su-
pra dictum est) exhibet efficaciam, .H. secundum illarum
etiam, ducatus, alternosque nubium colores, & aëris va-
riationes. His primitus compensatis, per totum annum. H.
Capite sexto & septimo.
omni difficultate remota, spectare licebit. ¶ Item anni plu-
uiosi &c. Hoc Iaphar &c. ¶ Item notandum quòd quando

Sol ad primũ gradum Scorpionis peruenerit, ſi Mercurium, & Venerem orientales eſſe contigerit: pluuias in principio anni futuras, nulli ſit heſitatio, potius quidem: ſi Luna creſcens lumine, in auſtrum deſcendat, Venerem, & Mercurium reſpiciens: aut ſaltem dum ab altero ſeparatur, alteri applicet, & vndique recepta: ſic enim ſub anni principio, pluuias indubitanter adducit. Vtriuſque rurſum occidentalitas, & Lunæ cum vtroque, vel ſaltem .H. alteri applicans, & ipſa occidentalis, .H. dum videlicet: ſub menſis principio, ad ſeptimum, vel ad octauum diem aſcendat, & poſt Solem vadat ad occaſum, & ipſa etiam deſcendens, curſu velox, & .H. luce creſcens: imbres in fine anni prætendit futuros. Si verò Lunam, & huiuſmodi ſtellas, à dominis domorum ſuarum, vel regnorum recipi cõtingat: ex multiplici imbrium nec inutili redundantia, fructus, & victualium ſeruatur vbertas. ¶Item notandum quòd quando Sol & cætera. Hoc in libello cum multa. ¶Item cum Sol intrauerit vigeſimum gradum Scorpionis, apta aſcendens, angulos, & planetas illa hora: poſteà aſpice Iouem, Venerem, & Mercurium, & ſi omnes tres inueneris occidentales, aut retrogrados, iudica: quòd illo anno erunt multæ pluuiæ, & humiditates. Et ſi omnes inueneris orientales, & directos, & multi curſus: ſignificat, quòd illo anno erunt paucæ pluuiæ, & humiditates. Poſtmodum aſpice Martem, & ſi eum inueneris in aliquo angulorũ, (maximè in medio cæli) in aliquo ſignorum aëreorũ, & habuerit aliquam commixtionem cum Mercurio, ſignificat .H. tonitrua, coruſcationes, & pluuias damnabiles, & fortes: quæ veniunt vna hora, & poſteà recedunt, & ſignificat locuſtas, & damnum in aëre. Et ſi Mars fuerit in aliquo ſignorum terreorum in angulo terræ, & fortunæ fuerint appodeatæ, & habuerint commixtionem cum Mercurio: ſignificat terremotus, & apparitionem ignium in aëre, & res expaueſcendas, & damnum in mineriјs,

Alias lucẽ decreſcens.

In illo anno.

nerijs,& ſulphuratis terris. Et ſi Mars fuerit in angulo terræ in ſignis igneis: ſignificat combuſtionem aeris in terra, & damnantur omnes proprietates terræ,& mineriæ,& damnantur,& comburuntur meſſes. Et ſi fuerit Mars in angulo terræ in ſigno aqueo, in aquis diminutioné ſignificat, & damnum in eo toto, quòd eſt in illis: de animalibus,& de alijs rebus. Et ſi fortunæ habeant commixtionem cum eo, minuunt, & prohibent damnum tonitruorum, & coruſcationum in illo anno. Et ſi fortunæ commixtionem cum illo nullam habuerint: tonitrua,& coruſcationes. H. faciunt damna in illo anno,erunt & radij multi. ¶Et ſi vice Martis in hoc fuerit Saturnus,& fuerit in medio cæli in aliquo ſignorum aereorum, & habuerit commixtionem cum Mercurio, & fortunæ ab eo remotæ fuerint: ſignificat damnum in aere,& multas pluuias damnabiles,& durabiles, quæ non abſcindantur. Et ſi Saturnus fuerit in angulo. H. ſicut prædiximus,& in ſignis terreis, & habuerit commixtionem cum Mercurio, & fortunæ ab eo remotæ fuerint: accident terremotus,& apparebunt ſuper terrã aquæ. H. magnæ,& ſimilia: Et ſi fuerit in ſignis aqueis,& in angulo terræ,& fortunæ ab eo remotæ fuerint,& habuerit cõmixtioné cum Mercurio: minuentur aquæ in puteis,& damnantur omnes res quæ morantur in aqua de animalibus, & alijs rebus. Et ſi fuerit in ſignis terreis,& ſub terra, & fortunę ab eo remotæ fuerint,& habuerit commixtionem cum Mercurio: ſignificat damnum in terra: & proprietatibus. H. ſuis,& in minerijs: & ſi Mercurius non habuerit commixtionem cũ eo: erunt ſignificationes prædictę minores,& leuiores. Et ſi habuerit commixtionem fortunarum, miſce. H. ſignificatores anni,& temperabitur, & etiam minuentur damna quæ diximus. ¶Item cum Sol intrauerit &c. Hoc Haly in ſecũdo capitulo octauæ partis. Item in libro. H. Omar: & in ſexto,& octauo capitulo Alkindi. ¶Item in introitu Solis in vigeſimum gradum

In angulo, terræ ſcilicet.

Rectius aquę nigræ.

Eius terræ. Vel ſignificationes anni, & tẽperabuntur. Non. 2. ſed 27.

In libro nouẽ iudicũ capite de pluuia fulgure & tonitruis.

gradum Scorpionis, rectificat ascēdens, & locū Lunæ, & alias stellas, & vide vtrum Luna Veneri applicet, vel Mercurio. Veneris ergò & Mercurij orientalitas, pluuias sub anni principio: occidentalitas, sub anni fine largitur Luna eidem lumine addens, &.H. compoto: imbres multiplicat, vtrumq; verò decrescens remissius. ¶Item in introitu Solis &c. Hoc in libello cum multa. ¶Item cum Sol ingreditur signum tropicū, Venus in signo aquatico. H. & Luna extra aquaticum discurrente respecta: eo tempore modicas insinuat imbres, sed de aquatico respiciens: eorum portendit redundantiam. ¶Item cum Sol &c. Hoc. H. Omar. ¶Sole itidem in. H. 28. gradum Scorpionis oberrante, Venus in aquatico, vsq; ad subuersionē pluuias generat. In signo humido, mediocres. In sicco, modicas. ¶Sole itidem &c. Hoc Omar.

Id est numero.

alias. à Luna.

Immo Iergis in libro nouē iudicū vbi legit̄ ī. 18. gradū & Leopoldus. 2. cap. 6. tractat⁹. Iergis ibidem.

¶Capitulum duodecimum. De parte pluuiarum.

AMplius sub anni conuersione, & quartarum eius in principio mensium luminarium (quæ. H. est coniunctio duorum luminarium) pars pluuiæ semper est notanda: ea nanq; de die à Luna ad Venerem: nocte verò ecōuerso est assumpta & à Sole sumpto exordio, sub numeri terminatiōe. H. profectio occurret. In loco igitur pluuiarū reperta, annum iudicat pluuiosum, Luna quoq; dū ad Martē prouenerit imbres de ipsa. H. profecto adderunt, & de Venere non aliud erit iudicium. ¶Amplius sub anni cōuersione & cętera. Hoc in libello cum multa. ¶Venus itidē retrograda, & Sol in Ariete, vel Tauro: ver iudicat valde pluuiosum. Item ipsa retrograda existens. dum Sol in Capricorno, vel Aquario. H. commoratur: hyems illa erit paucorum imbrium. Hęc omnia sub anni conuersione notanda occurrunt. ¶Item ipsa retrograda dum Sol Capricornum, Aquarium, vel Pisces perambulat: imbres modicos iudicat, sed hyemis principium multis humectat pluuijs. Nam si in hyeme orientalis existat: eius initia

Et in. 6. tractatu Leopol. cap. 2. ī quo pars pluuię accipit̄ iudæa Venere in Lunā morte ecōuerso

rores, vltima verò, pluribus.H.redundabunt imbribus, niſi ſtella quælibet Soli diſcurrat affinior. ¶ Venus itidem &c. Hoc in libello Cum multa &c. ¶ Item ęſtiuo tẽpore cum Sol ingręditur terminum Martis, fit in æſtate æſtus, in hyeme verò.H.paucitas pluuiarum. ¶ Item ęſtiuo tempore &c. Hoc in floribus.H. Hermetis. ¶ Item Sole ĩ ſignis ſeptemtrionalibus .H. exiſtente cum Marte: facit calorem maximum, in hyeme verò cum Saturno frigus magnum. ¶ Item Sole in ſignis &c. Hoc in libro.H. Almanſoris. ¶ Ad euidentiam prædictorum, ſciendum eſt .H. quare habeatur dominus anni: quere hoc. ¶ Item queritur: vtrũ poſſumus habere aſcendens, & alios angulos hora introitus Solis in Arietem, vel in aliud ſignum. Quere hoc. ¶ Item dubitatur: vtrũ annus ille incipiat ab introitu Solis in Libram, quãdò fit obſeruatio introitus Solis in illud ſignum, & dicitur, quòd in principio anni erunt multæ, vel paucæ pluuię &c. ¶ Item dubitatur: vtrum primus gradus Scorpionis, & vigeſimus gradus eiuſdem, magis debeant.H. quandoq; obſeruari, quã alij gradus Zodiaci. ¶ Item quandò Saturnus fuerit in directo Arietis, aut ĩ eius triplicitate ĩ principijs reuolutionnm, & ipſe fuerit Almutan, directi curſus, in angulo: ſignificat multas pluuias, & paucũ frigus: ſed cũ fuerit non in angulis, & aſpexerit aſcendens, & receperit diſpoſitionem Lunę, & Martis: ſignificat vehementiam frigoris, beſtias perimentis. Similiter autem cum fuerit cadens ab angulis.H. eius, nec aſpexerit aſcẽdẽs, & fuerit directus .H. Si verò fuerit in Geminis, vel eius triplicitate, & fuerit dominus anni in angulo directus: ſignificat fortitudinem flatuum ventorum ſeptemtrionis, & vehementiam frigoris, & paucitatem pluuiarũ. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat terremotus, ſpecialiter ſi ſit in angulo quarto: quòd ſi non fuerit dominus anni, & fuerit in angulo quarto .H. reſpiciens diſpoſitionem domini aſcendentis: multi homines morientur cauſa illorum terremotuũ.

Et ſi non

Siccitas & pauci. Hermes. 35. aphoriſmo.

Alman. 80. propoſitione lib. 150. propoſitionum. Potius.qualiter.

Hæc Albumazar. 8. differentia ſecundi tractat9 de magnis coniũctionibns.

De Saturno in Tauro vide Albumaz. vbi ſupra.

Alias recipiens.

Et ſi non fuerit in angulo,&.H. aſcendens,& directus : ſigni= Aſpexerit
ficat multiplices flatus Euri , & Zephiri, & magnã frigiditatẽ aſcẽdẽs &
hyemis,cum terremotibus. Et ſi fuerit retrogradus: ſignificat directꝰ fuerit.
infirmitates aduenientes hominibus ex ventis, & humiditate
etiam motum terræ , & ſi fuerit directus non aſpiciens aſcen=
dens : ſignificat flatum ventorum, & leuitatem eorum, & ve=
hementiam frigoris,in terra ſigni in quo fuerit.Et ſi fuerit re=
trogradus: ſignificat flatum ventorum inceſſanter,& fortitu=
dinem eorũ. Et ſi Mars fuerit in hac triplicitate dominus an=
ni,.H. nec aſpexerit aſcendẽs,& ſit directus:ſignificat deſtru=
ctionem vegetabilium,cauſa valitudinis ventorum.H. Si ve= Et egritudines ex ſã
rò Saturnus fuerit in Cancro,& eius triplicitate dominus an= guine pro=
ni, in angulo directus, & Mars cadens ab eo : ſignificat vehe= uenientes.
mentiam frigoris, & ſi nõ fuerit in angulo, & aſpexerit aſcen=
dens, & directus fuerit: ſignificat multas pluuias,& frigus. Et
ſi fuerit rettogradus,& aſpexerit ſe cum Marte, & fuerint for=
tunæ ab eo cadentes : augmentabitur frigus, & aqua. ¶Item
quandò Saturnus fuerit in directo Arietis &c. Hoc Albuma=
zar .H. Vbi ſupra.

Capitulum decimumtertium. De aſcendente ſi=
gno in reuolutione anni, quid ſignificet.

I Tem cum fuerit aſcendẽs alicuius temporum reuolu=
bilium Aries , aut peruenerint ad eum anni ab aliquo
prædictorum locorũ : ſignificat quòd in ciuitatibus in
quibus fuerit Almutan, flabunt venti orientales,& occidenta=
les,cum temperãtia aëris quartæ ſeptẽtrionalis,aut quartæ.H. ¶Potius
extremæ,& erit autumnus ei ſimilis in qualitate:& vehemẽtia quartæ æ=
frigoris in hyeme,& augmentum fluminũ,& ſiccitas,& fames ſtiuæ.
in Armenia. ¶Cũ fuerit Taurus aſcendẽs &c.Sicut dicitur de
Ariete:ſignificat ibi flatũ venti orientalis,& occidentalis cum
vehemẽtia frigoris quartæ vernalis, & bonã cõplexionẽ aëris

quartæ autumnalis, & erit quarta hyemalis calida, & multiplicabũtur niues in medietate eius, & corroborabitur frigus, & fient pluuiæ paucæ, & tonitrua, & fulgura, cũ caſu grandinis, cũ extenſionibus mariũ &c. ¶ Cum Gemini fuerit aſcendens &c. erunt venti calidi in quarta æſtiuali, & retẽtio. H. in quarta autumnali, & multę pluuię in hyemali. Item ſignificat multa tonitrua, & coruſcationes, & ventos oriẽtales, pręcipuè in parte meridionali. ¶ Cum fuerit Cancer aſcendens &c. H. cum frigiditate quartæ vernalis, & mediocritate aëris quartæ æſtiualis, & multos flatus ventorum occidentalium, & aquæ ductus, frigus vehemens in quarta hyemali, & temperamentũ quartæ autumnalis. ¶ Cum fuerit Leo aſcendens, ſignificat aërem tenebroſum, hora poſt horam, cum mediocritate aëris quartæ vernalis, & declinabit ad frigus, & erit vehemẽs calor in quarta æſtiuali, & flabit ventus occidentalis in fine eius inceſſanter, & erunt multæ pluuiæ, & forte frigus in quarta hyemali, & pauci vẽti in fine eius. H. ¶ Cũ fuerit Virgo aſcendens & cętera, ſignificat quòd erit aër tenebroſus in hora poſt horam in quarta vernali, plurium pluuiarum, & inceſſanter flatus ventorum ſeptemtrionalium, & vehementium, & proſperabitur aër quartæ æſtiualis, & erit quarta autumnalis mediocris, & principium quartę hyemalis mediocre, & finis eius vehementis frigoris, & flabunt cum eo venti ſeptemtrionales, cum augmento pluuiarum. ¶ Cum fuerit Libra aſcendens & cætera, obſcurabitur aër in hora poſt horam & multiplicabitur flatus veutorum calidorum vehementer in quarta. H. æſtiuali, & æqualitas erit quartæ autumnalis, & mediocritas quarte hyemalis. ¶ Cum fuerit Scorpio aſcendens & cætera, accident in aëre tenebræ in hora poſt horam, & pluuiæ multiplicabuntur, & erit quarta vernalis calida, & nubes erunt paucæ in ea, & pluuiæ, & ventus, & frigus, & erunt æſtas, & autumnus, . H. & corroborabitur frigus hyemis

aeris ſcilicet

Adijciatur ſignificat augmentũ aquarũ cũ frigiditate.

Et pauci, erũt fruct9 arborum.

Vernali, & in æſtiuali &c.

Tẽperati.

hyemis, & flabunt in medietate eius venti occidentales, &
multiplicabuntur in ea pluuiæ, & aquęductus magni. ¶ Cum
fuerit Sagittarius aſcendens & cætera, erit quarta vernalis
multarum. H. pluuiarum, & ventorum, autumnalis quarta tẽ- Nubiũ & pluuiarũ.
peramentorum ventorum, & quarta hyemalis frigida, & hu-
mida. ¶ Cum fuerit Capricornus aſcendens & cætera, ſigni-
ficat multas pluuias in quarta vernali, & bonus. H. aër in Erit aer&c.
quarta æſtiuali, & flatus ventorum orientalium in ea, cum ca-
liditate quartæ autumnalis. H. cum mediocritate in princi- Et tẽporis eius cũ mediocritate &c.
pio, quartæ hyemalis, & conſtrictionem eius ſignat in fine
eius. ¶ Cum fuerit Aquarius aſcendens & cætera erit quarta
vernalis mediocris in frigore, cũ vehementia caloris in quar-
ta æſtiuali, cum declinatione autumnalis ad calorem, & multi
plicabuntur in ea coruſcationes, & tonitrua, & pluuiæ, &
corroborabitur frigus in quarta hyemali, cum multis niui-
bus, & flatu ventorum orientalium. H. ¶ Cum fuerit Piſcis Et nocebũt humiditates vineis.
aſcendens & cætera, ſignificat multum flatum ventorum oc-
cidentalium, & eſſe pluuiarum in quarta vernali, & vehemen
tiam caloris in quarta ęſtiuali, & mediocritatem aëris in quar
ta autumnali, & frigoris multitudinem in quarta hyemali.
¶ Scias etiam, quòd ſi pars aſcendentis fuerit in prima tertia
alicuius ſigni, etiam in ſecunda, vel in tertia, vel fuerit dire-
ctio in ea. H. alicuius almutan, aut venerit. H. profectio ad
ipſam, aut in parte ſeptemtrionali, vel meridionali: iudican-
dum eſt ſecundum naturam partium ſignorum in prima ta-
bula huius inuentorum. Vndè in hoc ſequitur Albumazar
Ptolemeum. ¶ Item cum fuerit aſcendens & cætera. Hoc Al- Nã.4. tractatus diuiditur in.12. differentias p.12. ſigna.
bumazar in quarto tractatu, de coniunctionibus magnis, &
hoc ex duodecim differentijs extrahitur.

¶ Capitulum decimumquartum.

CVm fuerit Saturno ſignificatio Adhibuzæ,id eſt ſuper aſcēdēs alicuius inceptionis, aut fuerit ei Alcetabatia, aut Algebutia apud æquidiſtantiā curſuū ſeptemtrionis,& meridiei. H.ſignificatio eius ſit ſuper elementum aereum: ſignificat vehementiam, frigoris,& magnam congelationem,nubila, vaporem fulmina,tonitrua coruſcationes,&.H. deſcenſum niuium, In aquatico, vehementiam frigoris in mari ſignificat, & augmentum ſuperfluum eius. Significatio verò eius,ſecundum modum commixtionis ad ſignum Arietis apud ęquidiſtantiam eius: ſignificat impetuoſitatem ventorum,& fortaſſe accidet vehemens calor: quòd ſi ſeptemtrionalis fuerit ſignificat vehementiam caloris.Meridionalis vero vehementiam frigoris & niuium, & multum roris Sed retrogradus tonitrua, & coruſcationes. Si fuerit ęquidiſtans ſigno Tauri,niues pluuias inceſſanter, & vehemens frigus. H. Septētrionalis tēperamentū aëris. Meridionalis erit in pauca tēperantia.Orientalis pluuias ſignat Sub radijs vehementiā frigoris. In oriente & occidente pluuias, & ventos. ¶Si fuerit ęquidiſtans ſigno Geminorum,ſignificat inceſſantem flatum vētorum validorum,& multitudinem pluuiarum. H. Septemtrionalis terræmotus,& ventos validos.Meridionalis ſiccitatem, & vehementiā caloris Occidentalis paucitatem pluuiarū cum groſſitie aëris. Sub radijs vehementiam frigoris, valitudinem ventorum,& multas aquas. ¶Si fuerit ęquidiſtans ſigno Cancri,ſignificat multum gelu,pluuias,& aquas.H. Meridionalis multas pluuias, & orientalis ſimiliter. ¶Si fuerit æquidiſtans ſigno Leonis:ſignificat inceſſantem flatum ventorum calidorum paucitatem pluuiarum,& vehementem ſiccitatem.Meridionalis multitudinem pluuiarum. Oriētalis augmentum fluminum, & inundationem eorum.Retrogradus, corruptionem aëris,& ventos calidos.Sub radijs paucitatem pluuiarum, & validitatem vētorum.¶Cum fuerit ęquidiſtās ſigno

Et ſtellarū cometarū ī omnib⁹ ſignis ſecūdū horam cōmixtionis.

Et mutationē veris à ſuo calore

Et caſum niuium.

Septemtrionalis ſignificat inuolutionem rerū & inequalitatē earū.

ſigno Virginis: ſignificat corruptionem aëris, cum mediocri=
tate pluuiarum. Septemtrionalis bonam complexionem aëris,
& ſimiliter meridionalis. Orientalis multitudinem pluuia=
rum, tonitruorum, coruſcationum, & augmentum aquarum
in fluminibus. Occidentalis paucitatem pluuiarum. H. Et ſub
radijs paucitatem pluuiarum. Et ſi cum eo ibidem fuerit Mer= Et ęgritudinē oculorū & rheumatiſmos.
curius turbabitur aër cum valitudine. H. ventorum. ¶ Cum
fuerit æquidiſtãs ſigno: Librę ſignificat inceſſantē flatum ven
torum. Septemtrionalis hoc idem cum fortitudine eorum. Oc
cidentalis ſiccitatem cum vehementia frigoris. Quod ſi aſpe=
xerit Iupiter, aut Luna: potiſſime cum fuerit ſub radijs: turba=
bitur aër propter ventos, & calorem. ¶ Et ſi fuerit ęquidiſtans
ſigno Scorpionis, ſignificat fortitudinem hyemis. H. ſcilicet
frigoris cum multitudine niuium. Septemtrionalis vehemen
tiam caloris. Meridionalis multitudinem pluuiarum. Retro=
gradus ſiccitatem aëris. H. Et ſi fuerint Iupiter, & Luna pro=
pinqui: ſignificant coruſcationes, vehementiam frigoris, & Et hominū diſſidium.
caſum niuium, & inundantiam aquarū. ¶ Si fuerit æquidiſtãs
ſigno Sagittarij, bonam complexionem aëris. Septemtrionalis Legēdū eſt occidētalis.
flatum ventorum. H. Orientalis bonam aëris complexionem.
¶ Si fuerit ęquidiſtans ſigno Capricorni: multitudinem plu=
uiarum, & terremotum. Septemtrionalis multam niuem, mul=
titudinem gelu, & humiditatum. Meridionalis hoc idem. Sub
radijs grandines, & vehementiam pluuiarum, & valitudinem
ventorū. ¶ Si fuerit ęquidiſtãs ſigno Aquarij: ſignificat multi
dinē pluuiarū, inceſſantem motum ventorum, & terræmotū il=
lo anno. H. Meridionalis ſuperfluitatem pluuiarum, & nu= Et accidet arborib⁹ detrimentū.
bium multitudinem. Retrogradus niues cum vehemētiam fri
goris. ¶ Si fuerit æquidiſtans ſigno Piſcium: vehementiam ca
loris, & frigoris ſignificat in ſuis temporibus. Meridionalis,
multitudinem pluuiarum, & augmētum fluminum. Septtērio
nalis multitudinē flatus vētorum. Orientalis paucitatem plu=
uiarum

uiarum. Sub radijs multitudinem aquarum cũ frigore. Quòd si Mars cum eo fuerit: significat paucitatem pluuiarum. ¶ Cum fuerit Saturno significatio & cætera. Hoc Albumazar in coniunctionibus magnis, in prima differentia. H. quarti tractatus.

Quinti & nõ quarti.

SEQVITVR TERTIA PARS DE iudicijs vniuersalibus mutationum aeris, per coniunctiones, & oppositiones luminarium.

Capitulum primum.



VM fuerit Venus in Ariete, vel in alio cardine hora coniunctionis, vel oppositionis luminarium: certum est, & forte iudicium pluuiarum. H. Dux etiam sub conuentu, & oppositione Solem respiciens: imbrem affirmat multiplicem, Venus etiam sub radijs, quolibet respectu partis cardinis: multiplicat imbres grauissimos. Nã quotiens Luna eidem applicat, pluuiã facit, & de Sole in hunc modum firmissimo in aliquo partis cardinum ipsius, siue eius oriente, dominus quoq; orientis in signo aquatico sub ducis conuentu, vel eidem applicans. ¶ Cum Venus fuerit &c. Hoc in libello qui incipit cum multa. H.

Hic dux ꝓ dño ascẽdẽtis, non pro almutan vt patet ex. 2. capite sexti tractatus Leopoldi.

Et in Leopoldo vbi suprà.

Capitulum secundum.

I Tem rectifica angulos hora coniunctionis, vel oppositionis luminarium, immediate præcedentis introitum Solis in ęquinoctialibus, & solsticialibus, in illo climate, in quo scire volueris, sicut fit in natiuitatibus. Posteà accipe

accipe gubernatores locorum coniunctionum, vel opposi=
tionum,& angulorum qui hæc loca sequuntur, ficut fit in fa=
cto. H.eclipsium. Posteà considera rem generalem proueni=
entem à proprietatibus quartarum,& natura planetarum gu=
bernantium,inspiciendo cuius qualitatis sint,sciens augmen
tum,vel diminutionem accidentium propriorum illius quar
ti. Eodem modo fac in factis mensium,inspiciendo tamen ad
coniunctiones sequentes, si. H. scilicet quartum illud fue=
rit coniunctionale,vel ad opositionem,si fuerit oppositiona=
le,considerando ad angulos, & planetas gubernantes ambo
loca quæ diximus. ¶Posteà considera apparitionem stellarũ
fixarum, quæ sunt circa,.H. & apparitionem planetarum,
aut elongantionem vnius ab alio in suis proprietatibus,& in
statibus, & quos ventos moueant hæ stellæ, & partes signo=
rum in quibus sunt. Similiter cõsidera à parte cuius venti,est
latitudo Lunæ, si remouebitur à zodiaco signorum:ità quod
per hæc omnia possumus scire,quis magis vincit de suis ven=
tis, in statu mensis. ¶Item rectifica angulos & cætera. Hæc
est sententia Ptolemei,in. H.quinto capitulo,secundi tracta= alias: in. 9.
tus, secundi libri quadripartiti. ¶Dicit Haly ibidem expo=
nendo Ptolemeum. Sciamus primum accidens vniuersale,sci=
licet quid erit,quãdo erit,.H.& in qua terra erit,posteà inspi=
ciemus in qua quarta anni, accipiendo. H. operationem ab alias: cõpa=
accidente ad res proprias illius quartę. Posteà rectificabimus rationẽ ab
ascendens, & angulos alios, coniunctionis præcedentis in= ascẽdente.
troitum Solis in illud quartum, & planetas,& stellas fixas, &.
H.audiamus quid totum significet. H. Verbi gratia, pona= Potius, & videamus.
mus quòd accidens proueniens ex significatione vniuersale, Et secundũ
& gubernatore illius quarti, sit frigiditas. Si hoc fuerit in hęc per na=
æstate:dicemus æstas erit modici caloris,& sic de alijs suo mo turã vincẽ=
do. Ita quod fortitudinem accidentis,& quale erit sciemus:à tẽ iudicabi m9,de qua
natura gubernatoris,secundum quod concordauerit. .H. vel litate illius quarti.
discorda=

discordauerit, cum qualitate illius quarti. Eodem modo faciemus in coniunctionibus, quę caput mēsium dicuntur, si quartum fuerit coniunctionale, vel oppositionibus: si quartū fuerit oppositionale, ita quod Ptolemeus certum principium temporis tenet, .H. est à coniunctione, vel oppositione, quæ est circa illum introitum Solis in aliquo quartorum. H. quattuor prædictorum: quia virtus gubernatoris remanet, & durat: donec durauerit illud quartum. ¶Ambo loca & cætera. Secundum Haly vna est coniunctio. H. præcedens, vel oppositio, quæ est circa punctum illius quarti, quòd Sol ingreditur. Alia est coniunctio, vel oppositio principij mensis, in illo quarto. Inspiciemus enim quis dominabitur in vno, & in alio, & vincet ille, qui fuerit magis concors cum proprietatibus illius quarti, & cum vniuersali, .H. secundum quod videbimus de posse illius virtutis, vel debilitate. Non enim semper accidens vniuersale illius quarti, vincit accidens particulare, sed multoties est econtra. Sole autem existente in Leone, accidit quandoq; maior frigiditas: quā eo existente in Aquario. Considera igitur gubernatores: nam si fuerint plures, aut fortiores, quantum ad suos status essentiales, & accidentales fuerint. H. consimiles: tunc non dubites iudicare.

Adde qđ, vel quid simile.

Accidente scilicet.

In significatione.

¶Item secundum Haly, quandò sciemus de eo qui dominatur in quarto, & de eo qui dominatur in mense, quid accidit in illo quarto, & in illo mense illius quarti, & de apparitione stellarum fixarum, quæ apparebunt circa, & de applicatione planetarum vnius cum alio, & elongatione, & declinatione suarum latitudinum, & proprietate signorum, & suarum partium in quibus sunt: & hæc omnia commiscebuntur ad inuicem. Et sciemus virtutem vincentem: iudicabimus secundum hoc, rem contigentem quolibet tempore, & quolibet quarto, & quolibet mense: Hic enim est locus, qui bene intelligenti ipsum sufficit in hac arte. ¶Immediate præcedentis & cætera.

& cætera. Hæc est opinio. H. Ptolemei, & plurium aliorum. Vbi supra.
Vidi tamen quædam iudicia facta de statu anni, & mensium, à quibusdam solennibus doctoribus, qui iudicabant statum quarti, per coniunctionem, vel oppositionem, post introitum Solis in illud quartum, videlicet: quandò coniunctio, vel oppositio in die introitus, vel in sequenti die erat, & hoc non videtur mihi inconueniens. ¶ In natiuitatibus & cætera. Ptolemeus vult quod rectificentur anguli, & cæteræ domus præcisè, & situentur in domibus debitis planetæ, vt videátur eorũ status essentiales, & accidentales, sicut fit in iudicijs natiuitatum & cætera. ¶ Et angulorũ qui hæc loca sequũtur & cætera. Hoc exponiter duplicetur: vno modo, quòd sufficit aspicere ad angulum, qui sequitur locum coniunctionis, vel oppositionis in situ: & isto modo, non faceremus sicut fit in eclipsibus: quia prius accipiebamus illum, qui est ante eclipsim, & postea illum, qui sequitur, vt patet in tractatu præcedẽti. Alio modo exponitur: quòd illi anguli sequũtur loca coniunctionum, vel oppositionum in virtute, & isto modo deberes illum angulum accipere primo, quem iudicares esse fortiorem: & sic possemus etiam accipere angulum, qui est ante coniunctionem, vel oppositionem in situ, sicut fit in eclipsibus, & credo quod hæc est intentio Ptolemei. Sed ad hoc aliquis posset dicere, quòd benè intellexit Ptolemeus, de angulo qui sequitur in virtute, sed mirabile esset: quod occidẽs præferretur quãdoq; medio cæli: & mediũ cæli ascẽdẽti, nec etiã est simile, quia in eclipsibus iudicatur de his quæ apparẽt super terrã, sed coniunctiones, & oppositiones (de quibus trahitur hæc doctrina) quãdoq; sunt sub terra, quandoq; verò snpra terram, ideò rationabiliter ascendens. H. videtur esse fortius in virtute, quã alij anguli, & est semper fortior ille angulus, qui sequitur in virtute locũ cõiunctionis, vel oppositionis, & huic sentẽtiæ videtur. H. adhærere, in expositione secundæ propositionis, Haly scilicet.

secundi

ſecundi capituli, vt videbitur infra. Ad coniunctioné ſequentem & cætera. Hic patet, quod virtus vnius coniunctionis poteſt durare ad aliam coniunctionem, ſi iudicia menſium fiant per coniunctionem: vel virtus oppoſitionis, ſi fiant per oppoſitionem. ¶ Apparitioné & cætera. Hoc intellige, quando incipiunt ocultari ſub radijs, vel quando incipiunt exire de ſub radijs, & melius apparebit infra. ¶ Elongationem & cętera. Secundum aliquem aſpectum, & hoc eſt valde neceſſarium. ¶ Et de proprietatibus & cætera. Hoc vtrum ſint vel calidi vel frigidi. H. & cætera. Orientalis, vel occidentalis, directus, vel retrogradus, & ſic de alijs. Quos ventos mouent hæ ſtellæ, & partes ſignorum. Hoc habetur per introductoriũ præcedens. ¶ Zodiaco & cætera. Hic accipit zodiacum pro ecliptica. Hæc autem omnia magis patebunt inferius, domino concedente.

Et ſtatibus eſſentialibus, & accidẽtalibus, ſicut eſſe i domo, vel exaltatiõe ſua & c.

¶ Capitulum tertium. Quomodo anni reuolutio oſtendit auram.

ITem ſcias aſcendens coniunctionis, vel oppoſitionis, & locum eiuſdem qui fuerit. H. ante introitum Solis in Arietem, & loca aliorum planetarum. Vnde ſi Saturnum inueneris in aliquo angulorum ab aſcendente, aut in aliquo angulorum à domino aſcendentis, firmum in eodem loco, in aliqua dignitatum ſuarum: & maximè in angulo medij cæli: ſignificat diuerſitatem in aëre, & damnum, & tenebras, in tempore caloris minuit calorem, & in tempore frigoris facit magnum frigus, & ſi remotus fuerit ab angulis, erunt tempora ſtabilia, & æqualia ſicut eſſe debent. Tamen quando Saturnus fuerit in angulo à domino aſcendentis, minor, & debilior erit ſignificatio ſua: quam quando fuerit in angulo ab aſcendente. ¶ Et ſi Mars fuerit in eodem ſtatu, ſicut di-

Potius, & aſcendẽs loci cõiũctio. vel oppoſitio, quę fuerit.

cut diximus de Saturno, & maximè in medio cæli, augebitur calor in. H. medio caloris, & minuetur frigus, in tempore frigoris: & ver & autumnus declinabunt mediocriter ad calorem. Melius, in tempore. ¶Et si eodem modo quo diximus superius: Iupiter, & Venus, aut Luna fuerint: aptant, & temperant aërem, & faciunt nasci, & crescere illud: quòd seminatur, & plantatur in omni terra. ¶Et aspice similiter Mercurium: quia si eum inueneris in medio cæli ab ascendente coniunctionis Solis & Lunæ, & fuerit in aliquo signorum aëreorum, & aliqua fortuna fuerit in aliquo angulorum Mercurij: significat agitationem, & diuersitatem in aëre: & ventos multos, & damnabiles: & multis terris nocebunt. Et hoc modo iudicabis, quandò inueneris aliquam fortunarum in angulo à Mercurio, aut inueneris Mercurium in angulo à fortuna: quia in hoc tantum valet Mercurius, quantum cum fortuna fuerit in signo coniunctionis. Vnde. H. quandocumque inueneris planetam Vel, quem cumq; in angulis ab ascendente coniunctionis, aut in succedentibus angulorum: pone eum pro significatore. Posteà inspice cuiusmodi commixtionis sit, scilicet: cum Saturno, & Marte: & si inueneris eum mixtum de quarto aspectu cum Marte, vel coniunctione, vel oppositione: & Mars fuerit in aliquo signorum igneorum: crescet calor in tempore caloris, & minuetur frigus in tempore frigoris. Et si aspectus fuerit de trino, vel sextili, & Mars fuerit in signis igneis: significat illud quod diximus, sed non omnino, nec tantum. Et si. H. significator Planeta: scilicet. habuerit aliquam commixtionem cum Saturno, de quarto aspectu, vel coniunctione, vel oppositione, & Saturnus fuerit in signis frigidis, & siccis: aut frigidis, & humidis: crescet frigus tempore frigoris, & minuetur calor tempore caloris. Et si aspectus fuerit de tertio, vel sextili, & Saturnus fuerii etiam in signis ante dictis: significat id quod diximus, sed non tantum. Et si Saturnus non fuerit in signis

frigidis, & humidis, ſed fuerit in ſignis calidis, & humidis: quæ ſunt Gemini, & eius triplicitas, & habuerit commixtionem cum ſignificatore, de quarto, coniunctione, vel oppoſitione: ſignificat quòd aër erit temperatus, & bonæ complexionis: & ſi hæc mixtio fuerit de trino, vel ſextili, eo exiſtente in ſignis prædictis, eſt maior, .H. & maioris temperiei, & complexionis melioris. Similiter ſi Mars habuerit commixtionem cum ſignificatore, & fuerit in ſignis ſiccis, & frigidis: aut frigidis, & humidis: & commixtio fuerit de quarto, vel coniunctione, vel oppoſitione: temperat aërem, & facit illum bonæ complexionis. Et ſi aſpectus fuerit de tertio, vel de ſextili, eo exiſtente in ſignis prædictis: temperantia erit maior, & creſcent omnes res quæ naſcuntur, & generantur. Et adiuua te in hoc à parte aëris ventorum: & fac eam participem cum ſignificatore. Et ſi Saturnum, aut Martem inueneris cum Luna, vel eius domino: iudicabis ab eis ſicut ante diximus, per exiſtentiam eorum in angulis, & aſpectibus ſignificatoris. Hanc enim partem accipies à gradu Mercurij, ſi non fuerit in domo ſua, .H. accipe ſuoſmet gradus, & minuta ſua, addendo eis gradus ſigni aſcendentis, & proijciendo omnes gradus ab aſcendente, & vbi applicuerit vltimus graduum, ibi erit illa pars. Et idem facies in quolibet introitu .H. in omnes quattuor quartas, quæ ſunt: Aries, Cancer, Libra, & deinde Capricornus. Similiter faciendum eſt in omnibus introitibus Solis in quolibet principio duodecim ſignorum Zodiaci. ¶Item ſcias aſcendens coniunctionis, & oppoſitionis & cætera. Hoc dicit Haly filius Abenragel in vigeſimo ſexto capitulo octauæ partis ſui libri. ¶Item dicit author qui dicitur Omar: & dicit etiam Alkindus in ſuo octauo capitulo ſui libri: quamuis per alia & diuerſa verba. ¶Item ſciendum eſt quòd eſſe in ſeptima domo anguli aſcendentis & cætera. Quere de hoc.

Significatio ſcilicet.

Aliter legitur in libro Haly.

Adde: vſq; ad gradum domini domus in qua eſt & adde ſuper hoc gradus aſcẽdentis. Solis.

In libro nouẽ iudicũ.

Capitulum

¶ Capitulum quartum. De pluuijs anni.

ITem inſpice priuſquam Sol intret .H. principium Arietis, coniunctionem luminarium, vel oppoſitionem eorum, quæ fuerit antè, & ſi fuerit ſignum aſcendens de ſignis pluuiæ: ſignificat hoc ſuper pluuiam, quæ deſcendet in illa coniunctione, vel oppoſitione, & eo magis: ſi locus oppoſitionis, vel coniunctionis fuerit in vno angulorum aſcendentis in illo tempore: ſecundum latitudinem regionis, ad quam luminaria æquaueris: quòd ſi locus oppoſitionis, vel coniunctionis fuerit in vna domorum cadentium: iudica quòd non deſcendet pluuia in toto illo menſe, nec in maiori parte illius anni. Si autem ſignum aſcendens fuerit de ſignis aqueis, & dominus ipſius ſigni aſpiciat Lunam: hæc ſignificatio completa eſt ſuper deſcentionem pluuiæ. Et ſi fuerit Almutan in aſcendente, tunc erit magis. Si verò fuerit Almutan cum luminaribus, tunc erit pluuia vſque ad abundantiam.

Signũ coniũctionum luminariũ, vel oppoſitionum, ſic legitur ĩ libro Abraham.

¶ Quòd ſi volueris ſcire diem in quo deſcendet pluuia, tunc debes conſiderare diem in quo Luna perueniet ad gradum .H. aſcendentem: tunc enim deſcendet pluuia. Et ego Abraham dico: quòd verum eſt ſi fuerit ſignum aſcendens vnus angulorum ſigni illius terræ, vel ſi aſpiciat ipſum quocumque aſpectu. Nam ſi non eſſet .H. conſiſterent quidem nubes, & non deſcenderet pluuia & cætera. ¶ Item aſpice priuſquam Sol & cætera. Hoc in libello Abrahæ in .H. ſecundo capitulo quod incipit. Sciendum & cætera. Quid intelligat per ſignum terræ ſecundum Ioannem de Saxonia intelligit ſignum quod fuerit aſcendens hora reuolutionis. Aliter etiam poteſt dici, quòd ſignũ alicuius terræ dicitur illud, cum quo maiorem habuerit concordantiam, & hoc habebatur prius à Ptolemeo & alijs in fine primi huius.

Ità intelligẽ

Immo in 12. de pluuijs & incipit: dicit Iacob &c.

¶ Item ſciendum, quòd inter ſigna aquatica iſte numerat

Aquarium, & Leonem & cætera sed hoc est prius dictum.

¶Capitulum quintum.

ITem inquire locum & horam coniunctionis, & oppositionis præcedentis iutroitum Solis in Arietem, & Libram. Pręter hoc comperiunt indi horam introitus Solis in vigesimũ gradum Scorpionis, affirmant autem ab illo tempore aquam in puteis augmentari. Comperies etiam quantum distent singuli planetæ, à capite Arietis in hora coniunctionis, vel oppositionis, & in qua mansione sint singuli planetę: semper computando tredecim gradus, & tertiam vnius pro vnaquaq; mansione, à capite Arietis inchoando. Inquires tertio, ad quam planetam Luna aspectum habeat, recedés à minuto gradus, in quo fuerit oppositio vel cõiũctio: ꝙ si aspexerit Saturnũ, & vterq; fuerit in mansione humida, & si non sit impeditus Saturnus ab aspectu Iouis: erunt nubes nigræ, & pluuia lenta, & durabilis. Et si planetæ inferiores aspexerint Saturnum, scilicet Venus, & Mercurius: erit pluuia maior & durabilior: & hæc est consideratio ad comperiendum pluuias anni. Similiter considerabis coniunctiones, oppositiones, & quadraturas in singulis mensibus, ad comperiendum pluuias mensium, & ad inueniendum diem, in quo pluuiæ incipient. Inquire distantiam in quo fuit coniunctio, vel oppositio, vel quadratura, ad gradus planetæ pluuialis, & si Luna fuerit in signo mobili: da cuilibet distantiæ graduum horam vnam, & in firmo: cuilibet gradui diem, & si in communi: in prima medietate, singulis gradibus, dies singulos: & in alia, cuilibet gradui horam vnam: & vbi terminabitur distributio, in die eodem, & hora: erit pluuiarum initium. ¶Subtilissimi igitur indorum considerant tarditatem, & velocitatem pluuiæ, secundum velocitatem, & tarditatem cursus Lunę, & secundum augmentum

¶Vel sic. Sub hora conuentus vel oppositionis: dũ Sol videlicet primũ Arietis pũctũ vel libræ ingræditur Solẽ, & Lunam expsse collocari siue rectificari necesse est & cætera.

augmentum luminis ſui,&.H.notitiæ,di centes augmentum, & velocitam pluuiæ ſequi.Si planeta cui vim dat Luna,ſimilis ſit Lunæ,in accidentibus prædictis interiacentibus Lunã, & planetam:totidem horas ſuperabis in velocitate, & tarditate,& in minutione totidem dies,vt veniat pluuia. Quòd ſi cum prædictis Mars aſpexerit Saturnum: maior ſit tardatio, donec Luna ad locum Saturni perueniat, vel oppoſitionem, vel quadraturam. Et ſi Saturnus fuerit in manſione ſicca, & Luna ei vim det, & neuter inferiorum ipſum aſpiciat, erit nubila abſque pluuia. Et ſi Luna dat vim Ioui, vtroque ex iſtente in humido:& alter inferiorum Iouem aſpiciat:ros erit, & nebula. H.quantum,quod Ioue & Luna ſic poſitis, & neuter inferiorum Iouem aſpiciat, & ipſe applicat ad Saturnum, vel aſpiciat Saturnum : pluuia erit. Et ſi Luna, & Mars fuerit in manſionibus humidis, & alteruter inferiorum Martem aſpiciat : ſequentur nubila, terribilia tonitrua, lampadum & grando, & non pluet : niſi Mars aſpexerit Iouem, vel Saturnum,

Lege: & diminutionẽ loco & notitiæ.

Lege potiꝰ tantum.

Lampades potius.

¶ Hic notandum,quòd Mars quolibet aſpectu ſignificationem imbrium exauget: Lunam & ſtellam. H. cum applicuerit, in generandis pluuijs omnino iuuat: illo enim. H. eiſdem propriè & principaliter applicante, ineſt dilatio. Si vero aliter accidat, nec ſignat, & idem corrumpit nubes, quas Martialis producit natura,croceum deſuper ruborem, non ſine candore habentes. ¶ Item Lunaris cum Sole applicatio, in manſione humida, & Sol in locis vbi nec dignitatem, nec poteſtatem habeat Saturno, & Marti applicetur: pluuiarum lapſus aſperrimos, aquarum quoque inundationes portendit: nubes etiam croceas, & quæ cito diſſoluuntur generat : & poſtmodum ſerenum aërem efficit, Si vero fuerit in ſicca, ſine applicatione malorum : nullam pluuiam fermè fore oſtendit. ¶ Notandum inſuper quòd

Cui potius quam cum.

Vel in quo libet illius aspectu.

Lunæ cum maliuolis applicatio, in ipsa hebdomada pluuiam largitur, beniuolæ.H.illius quoque aspectu infortunate rores & efficatiam dissoluunt,& prohibent & horam futurę significationis peruertunt. Cuius quoque horæ certos,& inuariabiles euentus, Luna eidem maliuole coniuncta,& hoc inuestita .H.profectio reducit. Amplius Luna.H. Veneri applicans,& in eodem connexu,& signis,& humidis mansionibus: imbres denunciat futuros,nec hoc poterit frustrari: si stellæ superiores infortunam propriè respiciant Mercurio .H. accessantes, siue non. Si verò nec his superioribus applicet,quià ipsa tunc sit fortunata,imbrium cessat significatio. Venus tunc demum stellę superiori dum in eodem modo fuerit applicans: imbres maximos,& assiduos confert, nec in Venere dum ea sic se habeant,aliqua erit fallacia, .H. in forma existente,nec Lunaris certa est promissio, dum nec in eodem nodo, nec signo humido, nec mansione humida commoretur. Nam si Luna eisdem applicet, & ista sic se habeant: nubes, & rores,& nebulas absque imbribus inducit: quotiens vt prædiximus sic se habuerit, & Luna post coniunctionem Saturno & Marti accedat, nimiam .H. pluuiam inducit ingruentiam. Luna autem Ioui & Soli applicante: dum tamen sit inter vtrumque aliquis respectus,dico vel applicationis configuratio, nec imbres .H. Luna namque tunc demum in loco optimo, sub aliquo videlicet centrorum: locis huic significationi dicatis, quià fortunata efficitur: cassat & perimit .H. ducatum dum iam fortunatis aliqua configuratio responderit. Hæ igitur vniuersæ occasiones animo sunt notandæ, nubes etiam, quæ tunc generantur candidæ: rores multos, & inconstantes cælos præfigurant, imbres & continuos. Veneris quoque adiectum testimonium, pluuiarum redundantiam profecto inducit. Quotiens etiam Mercurius aut cum stellis superioribus, aut alteri earum applicet, pro pluuiarum redundantia,& assiduitate:

Melius ꝓfecto reducit.

Poti9 Mercurio attestante siue non.

Melius ea enim infortunata existente.

Pluuiarũ.

Manebũt.

Proprium.

duitate : ſubmerſiones , & etiam ruinas admonet timendas,
quanuis tamen nec Mercurialis applicatio. H. cum ſuperio= Sit intelligi ge.
ribus, & pluuiæ erunt . Rurſus Mercurius poſtquam Veneri
acceſſerit,maliuolis applicãs: ſubmerſio,& ruina,imbriumq;
aſſiduitas timenda eſt. ❡Mercurius itidem Venerem de ſigno
aquatico,& manſione humida aſpiciens : aut in eodem loco,
vel nexu locatus,& pluuiæ terminum excedunt , quod ſi adſit Per nexũ intelligit centra.
reſpectus, dum aliter atque ſupra dictum eſt ſe habeant : plu=
uiarum demonſtratur mediocritas. ❡Mercurius rurſum etſi
rores(vt ſupra dictum eſt)habeat indicare,ſi beniuolas in ſu=
is terminis , aut dignitatibus reſpiciat : eiuſdem generis effe=
ctus,& earum naturæ admixtus:H.lumine efficit mendacem,
eiuſdem ducatum peruertit: & educit effectus alios, cuiuſmo= lunã poti9
di eſt multiplex ventorum rabies, vndique . H. aërem depel= Nubes per aerem &c.
lens,erit ventorum quantitas: ſecundum ſtellę potentiam,cu
ius genus & ipſe aſſumit,nec ſtellæ. H. peragentes , ſi eis Lu= cælum.
na applicet mendacio polluuntur : ſed veritate gaudebunt,&
promiſſa omnino exoluent: niſi inquam eorum ſtatus, & ha=
bitus Ioui & Soli (vt ſupra dictum eſt) aliquo configuratio=
nis genere propriè refferantur. Sic enim Luna omnino pro=
miſſa tranſmutat, earumq; poſtquam Luna eidem acceſſerit
cum Saturno,vel Marte , applicatio nunquam mendax effi=
citur verum debiti,& aſſidui ducatus augmentum inducit, &
nebulas.Si vero. H. quidam pluuias prędictas varietate præ=
ſumant,non tamen imbres dẽſiſſimos, & aëris humorem va= Potius ſi vero q̃ de pluuijs dicta ſunt variare præſumant.
lebunt peruertere, verum nebulas generabunt , & vapores in
aëre ſubleuabunt diuturnos & cætera. ❡Amplius Luna in hu
mida manſione ſoliuaga, etiam ab omnibus ſtellis cadens , &
ab eiſdem ſolitaria in centrorum aliquo exiſtens,& in ſui na=
tura actione ſingularis , nubes inducit , & rores multiplices,
aërem humectat,imbres. H. confert multimodos, & nebulas Viciſſim.
ex quibus repletur Horizon,vẽtos concitat diuerſos , ex qui=

bus toni=

bus tonitrua, coruſcationes, & fulgura procreantur. Si vero deinceps ſtellæ applicet quæ prędictæ ſtellę genus obtineat, ſi inquam fortunata fuerit prædicta diſſoluit maliuola namque exiſtens, duplam quam cæteræ ſtellæ propriam exhibent efficaciam. Vnde notandum quod. H. ſoliuaga diſcurrit, in prædicta ſolutione fortiſſima inuenitur. Ex prædicto quidẽ manifeſtum eſt. H. quandò Luna cum beniuolis, aut eorum auſpicio, aut etiam cum ſtellis quæ fortunatis applicant, nullatenus imbres denunciat. Cum maliuolis nanq; econtrario diſcurrens: pluuias generat, vniuerſos nanq; Lunæ cum ſingulis ſtellis ducatus, vt in aleſtina, id eſt conuentu exponens in his quæ neceſſaria videbantur, ad huius cognitionem habendam, quæ ſupra ſcripta ſunt ordine congruo adinueni, quomodò in oppoſitione, & tetragono agi debeat deinceps exponatur. ¶ Item inquire locum & horam coniunctionis, & cætera. Hoc totum habetur ex libro. H. Iaphar. Sciendum quod vſque ad illam partem notandum præterea & cætera. Hoc ſumpſi à quodam capitulo de pluuijs à Iaphar excerpto, quia per clariora exprimitur verba: reſiduum etiam poterit poni in breuioribus verbis, & clarioribus, ſi videatur expedire & cætera.

Dum.

alias quoniam.

De mutatione tẽporis capite. 3. &. 4.

¶ Capitulum ſextum. De temperiæ aeris per annum.

ITem volens ſcire naturam in ſingulis annis, conſidera coniunctionem Solis & Lunæ, vel oppoſitionẽ, quæ eſt antequam Sol intret Arietem, conſidera in quo ſigno ſit Saturnus, & ſi ſit in ſigno igneo, erit annus calidus, in frigido talis, & ſic de alijs: & miſceas cum natura ſigni, H. naturam termini in quo eſt Saturnus. Natura autem cuiuſlibet termini eſt, vt ſui domini miſcenſque. H. naturas planetarum,

In calido calidꝰ, frigido frigidus, ſicco ſiccꝰ, humido humidus.

Cum Saturno.

netarum, qui ſibi aſſociantur, vel etiam aſpiciuntur. Sic iudicabitur de Ioue, cum aſſociabitur Luna Soli, vel opponitur antequam Sol intrat. H. ſignorum mobilium, quæ caput circuli ſunt, ſic eſt indicium Veneris, & Mercurij in vnoquoque menſe, in tempore coniunctionis, vel oppoſitionis Solis, & Lunæ, in vnaquaq; portarum & cætera. Quomodò autẽ fiat apertio portarum, dicetur inferius domino concedente. Si Mars conſiderat iuncturæ Solis & Lunæ dominiũ: erunt lampades, tonitrua, & fulmina: auge, vel deme à natura Martis, naturam ſigni, vel termini in quo eſt: quòd ſi Saturnus aſpicit in locum Martis, . H. in domo terræ, ſignificat domorum destructionem. Si in domo aquæ: monſtrat frigus, tenebras, & nebulas: quòd ſi planeta retrogradus ibi fuerit: ſignificat pluuiam magnam. ¶ Item volens ſcire & cætera. Hoc in prima parte quadripartiti Hiſpalẽſis, capite volẽs &c. Idem ferè. H. Omar in capitulo: Ad perfectam &c. aliqua tamen dicit, quæ ab Hiſpalenſi non dicuntur. Quære hoc.

Aliquod.

Et eſt.

In libro' nouẽ iudicũ cap. De aeris qualitate p ſingulos annos.

¶ Capitulum ſeptimum.

ITem radix in pluuijs, vt aſpicias aſcendens coniunctionis, vel oppoſitionis, quæ fuerit antè introitum Solis in quodlibet ſignum, & aſpice dominum aſcendentis, & dominum loci coniunctionis, vel oppoſitionis, & quando iſti domini fuerint in locis humidis, & pluuioſis: ſignificant pluuiam, & econtra. Et quando applicuerint ad planetas humidos & pluuioſos: pluuiam ſignificant, & econtra. Et quando ſignator fuerit occidentalis, vel retrogradus, aut tardi motus: ſimiliter ſignificat pluuias: & quando etiam fuerit combuſtus, ſignificat pluuias. H. vbi Mars ſeparatim qui quandò fuerit combuſtus: ſignificat pluuias. Et ſcias quòd quandò fuerit aſcendens ſignator in ſua latitudine, vel in circulo au-

Melius niſi Mars.

culo au-

culo augis suæ: significat pluuias, & econtra. Et scias quandò erũt pluuię propter. H. signatorem in Scorpione, erunt pluuię in damno: & si fuerint propter Saturnum: erunt submersiones. Et propter Martem: radios, & combustiones aëris significant. ¶ Item radix in pluuijs & cætera. Hoc in octaua parte libri Haly Abanragel, capite vigesimoseptimo, versus finẽ.

alias ꝑpter significationes infortunarũ erunt pluuiæ cũ damno.

¶ Capitulum octauum.

I Tem iudicium particulare de aëris mutatione, in coniunctione Solis, & Lunæ: considera ascendens, & eius naturam, & de qua mansione Lunæ sit, & naturam domini signi in quo ipse est, & naturã planetarum qui sunt in ascendente, vel cum domino eius, vel in eius aspectu: & qui sunt coniuncti Lunæ vel prospiciant & in qua domo, vel mansione sit Luna, & quæ testimonia præualuerint, talis erit Lunatio, si domus. H. vsq; ad tempus oppositionis: quòd si fuerint æqualia testimonia, erit indifferens, quòd si futura sit pluuia tunc pluet. H. coniuncta alicui planetæ pluuioso, vel aspexerit, vel intrauerit signum pluuiosum, quòd si non est pluuia vẽtura immutare potest aërem coniunctio, vel aspectus planetarum cum Luna. Alteratur etiam aër, si quis planetarum transeat à dextro in sinistrum, vel econuerso: aut de velocitate in tarditatem, vel ab auge, ad oppositum augis, aut à directione ad retrogradationem, vel de oriente fiat occidentalis, vel hæc omnia econuerso: aut intret aliquod signum, vel H. ingrediatur. Nam his contingentibus, frequenter aër clarus, turbidus efficitur: & econtra, & sicut iudicamus de coniunctione ad oppositionem per ascendens, & eius dominum: sic etiam iudicamus per horam oppositionis, vsque ad coniunctionem. Solis, & Lunæ. Et similiter in oppositione consideramus gradum supra terram existentem, quòd si Luna est

Voluerit.

Vel cũ iuncta fuerit.

Potiꝰ egrediatur.

lumine

H. lumine alicuius pluuialis planetæ per coniunctionem, vel aſpectum, in hora coniunctionis, vel oppoſitionis: tot diebus finitis poſt horam coniunctionis, vel oppoſitionis Solis, & Lunæ, incipiet pluere. ❡Præterea maximum eſt teſtimonium, ſi pars pluuiæ quæ ſumitur à Sole in Saturnum vt poſtea patebit. H. licet confirmauerit, aut quòd ſit vnus in Scorpione, Capricorno, vel Aquario lumine proportionalis, aut quòd ſint tres planetæ in Aquario iuncti. ❡Item duo teſtimonia humiditatis, in æſtate minus valent, quam vnum in hyeme. Similiter in hyeme duo teſtimonia ſerenitatis, minus valent, quam vnum in æſtate. ❡Item in vna terra pluit quandoque, & in alia non: & hoc poteſt eſſe propter diuerſitatem aſcendentis, & planetarum, &. H. ſignatorum terris determinatis prædominantium. ❡Item iudicium particulare de aëris mutatione & cætera. Hoc inueni in quadã extrauagante Hyſpalenſis. Item ferè in fine primæ partis: addit tamen quędam de ſigno illius terræ. Quære hoc.

Sub luce, vel lumine.

Hic potius legẽdũ quã licet.

Signorum potius.

❡Capitulum nonum. De apertione portarum.

ITem apertio portarum dicitur: cum planeta inferior iungitur ſuperiori, & fuerint domus illorum oppoſitæ, ſicut. H. Solis & Lunæ cum Saturno, vel eorum aſpectus ad Saturnum, Iouis eodem modo cum Mercurio, Veneris cum Marte, ſed Venus ſignificat humiditatem. Mercurius ventos. Saturnus nubila, & frigus. Mars ventos à dextro. Iupiter temperiem, ventoſq; à ſiniſtro, quod in Cancro magis ſignat. Sic Mars in Capricorno. ❡Mercurius itaq; ſi aſpexerit dominos apertionis portarum, vel fuerit cum eis coniunctus, in coniunctione Solis & Lunæ: vel oppoſitione: erit ventus, & pluuia, quòd ſi apertio portarum fuerit cum Marte (ſicut dictũ eſt de Mercurio) erunt lampades, tonitrua, & fulmina,

Cõiunctio Solis & Lunæ.

mina, hic auge vel mime sicut prius. ¶ Scire autẽ debes quòd pluuia quandoq; est in ipsa oppositione, vel coniunctione Solis & Lunæ: & si tunc fuerit apertio portarum quandoque dilatatur, cuius rei causam ignorare non debes. Si itaq; in apertione portarum cum Luna coniungitur Soli, vel ei opponitur: fuerit ipsa Luna in angulo decimo, & fuerit in signo mobili: tunc in ipsa coniunctione, vel oppositione erit pluuia. Si autem fuerit in angulis alijs, vel in lapsis, vel post angulos: tardabit pluuia, secundum quod fuerit in mobili, vel in fixo, vel in communi signo: & tunc expecta pluuiam magnam, cũ peruenerit Luna ad oppositum signi ascendentis, in coniunctione, vel oppositione: & durabit pluuia, secundum quòd Luna perueniet ad aspectum planetarum, vel ad signa pluuiam significãtia. ¶ Item apertio portarum dicitur & cætera. Hoc extrahitur ex libro Hyspalensis, & à pluribus alijs. Addit quòd si Luna fuerit in signo alicuius ciuitatis. Quere hoc.

¶ Capitulum decimum. De die & hora pluuiæ.

Cõiunctione vel oppositione.

ITem in quacũq;. H. oppositione Solis & Lunæ, coniungatur Luna aut dederit vim suam Saturno, scito quòd illo mẽse descendet pluuia. Poteris quoq; scire diem in qua descendet: computabis enim gradus ęquales, qui fuerint inter locum coniunctionis. H. & locum aspectus Saturni præcise completi, seu perfecti: & quandò perficietur numerus illorum dierum, secundum quòd dabis cuilibet gradui vnum diem: tunc. H. pluuia, & magis est testimonium clarum, si contingat quòd sit Luna illa die. H. sine vna suarum clauium. Quæ sint claues patet inferius. ¶ Item semper considerare debes, si fuerit planeta retrogradus in prima domo. H. hoc enim signat super pluuiam, fortitudo nanque planetæ qui est in domo prima computatur vt fortitudo domini domus, do-

Vel oppositionis.

Descendet.

Lege super vnam.

mus, dominus quidẽ ſeptimæ domus Iouis. H. eſt Mercurius: qui ambo ſignificãt ſuper vẽtos. Et tu debes inſpicere in quolibet menſe, ſi dominus ſigni aſcendentis eſt Iupiter, vel Mercurius, & aſpiciat vnus alterum, . H. hęc ſignificarent ventos multos, qui ſe renouarent in mundo, & cum hoc toto ſi eſſent in aliquo angulorum aſcendentis, tunc ſignificarent ſemper ſupra pluuias, cum fulgure & coruſcatione, & magis ſi eſſet inter eos aſpectus quartus, aut inimicitiæ. Quòd ſi alter eorum foret in ſigno terreo, tunc ſignificaret ſuper grandinem tempeſtuoſam & cætera.

Ideſt à domo Iouis eſt Mercurius.

Adde ad hæc & magis ſi fuerit in amicitia ſeu parilitate alicuius ſigni aſcendentis tunc enim toto mẽſe ſignificarẽt &c.

¶ Item in quacumque coniunctione & cętera. Hoc. H. Abraham de ſęculo.

Capite dicit Iacob Alkindi.

¶ Capitulum vndecimum.

I Tem ſecundum antiquos & peritiſſimos aſtrologos, quotiens Luna à venere recedens Marti applicant, aut econuerſo ſignificationem pluuiarum, . H. perfectè reducit. A Mercurio nãq; recedens, Ioui applicans, vel econuerſo: idem ſignificat: aut à Saturno recedens, Soli applicans vel econtra: idem ſignat, & non aliud præſtat iudicium. Sunt hæc autem ſingularum ſtellarum quaſi monitoria, quæ apertiones portarum ſatis congruè nuncupantur. Harum itaque ſtellarum oppoſitio de. H. climate tertio, vel quarto, & ad partem auſtralem, & altiorem facta deprehenſam proprijs emanat pluuijs: ſi inquam inter decimumnonum gradum Scorpionis, & decimumnonum Tauri commorantur. Item. H. ex parte auſtrali tunc demum. H. circa occurrit ſignificatio, quotiens à decimonono gradu Tauri, & à decimonono gradu Scorpionis gradiuntur. Et iterum iſtarum portarum virtus, optimaque ſignificatio, vt qua die vel hora, nubibus, vel pluuijs aër

alias, profectò inducit

Imbrium. Certa.

incipit variari, per singulas. H. vrbes, aut etiam vicos sub imbrium guttarum stillicidio oriés & locus Lunę, sed etiam cui Luna applicet superioribus videlicet, aut inferioribus, summa diligentia perquiratur: non minus quoque an ea Lunæ applicatio de exagono fiat, siue tetragono, aut oppositione, & conuentu, aut etiam sit recepta, adhuc etiam cui Luna applicet quinto gradu constiterit. Cita etiam sit, vel tarda, vel media in austrum descendens, aut in septemtrionem conscendat: quibus omnibus certo ordine comprehensis, . H. Luna stella qua die primo pluere incipit applicans, certum de imbribus per singulas ferias dabit iudicium: quousque videlicet, ea stella ad aliud signum transierit, ea tamen aliud signum ingressa, de pluuiarum iudicio tali vel tali diem, nullatenus præsumendum erit, donec. H. quando Luna eidem rursus applicet, profecto discernas. Siverò applicatio imbres demonstret alios, iuxta ipsum modum, & numerum, de multitudine, & paucitate refferendum erit, etiam. H. illius signi naturam, humidum fuerit videlicet, aut siccum, aut medium. Itidem quoque signum stellæ cum quo fit Lunaris applicatio: nam etiam ea die qua imbres expectas Lunæ rursum celeritas, vel tarditas, eiusque in austrum descensus, aut in septemtrione sublimatio notanda videtur. Et de stella cui hæc applicet in hunc modum: nem ex stellæ huius statu, non minima erit imbrium agnitio, Lunæ rursum, atque stellæ latitudo pariter notanda: vtraque enim australis, & visioni existens affinior, & latitudo similiter: eodem die largitur ingruentiam latitudine quidem diuersa, si nec adsit receptio, prætendet nubes steriles futuras, aut parum ponit fæcundas. Ad hunc quoque modum in qualibet regione, vel vrbe, vel termino: si de Lunæ applicatione, vel receptione. H. aut contra de eisdem necne in prædictis locis siti de natura etiam signorum. H. & stellæ cui applicat ea quæ superius diximus reperiri contige-

[Margin notes:]
Lege luminaris cum stellá a qua die prima incipit pluuiæ applicatio.

quod intelige.

Iuxta illi⁹ &c.

alias vel receptióe aliqua de eisdē necne in p̄dictis locis sit de natura.

contigerit: nec aliquod detur iudicium, niſi inquantum ſtellę alteri velociori applicat, aut in eius conuentu ſit: quià igitur & hic ducatum promeruit iuxta eiuspotentiæ vires, & debilitatem: de iudicio erit referendum & cætera. ¶ Item ſecundum antiquos, & peritiſſimos aſtrologos &c. Hoc etiam habetur in libello, qui incipit: Cum multa,

¶ Capitulum duodecimum.

Item conſidera aſcendens coniunctionis mẽſis Arabum, ſi ibi fuerit fortuna: fiducia erit de pluuia: ſi infortuna: non erit. Similiter de alijs angulis aſcendentis: & aſpice quandò Luna erit in oppoſito gradu aſcendentis coniunctionis, & aſpexerit eam aliquis planetarum ſignificantium pluuiam: erit pluuia.

¶ Item conſidera aſcendens & cætera. Hoc Alkindus in ſexto capitulo. In fine capitis.

¶ Capitulum decimumtertium.

Item in principio menſis conſideratur Luna, ſi fuerit in aliqua manſione pluuioſarum, .H. applicatque ipſam, planeta retrogradus, & eo. H. ſi fuerit ipſa in ſigno fœminino, & hoc magis ſi fuerit in aliquo ſignorum aqueorum: tunc ſignificat ipſa ſuper pluuiam. Hoc eſt conſiderandum, potiſſimè in princpio menſis ante introitum Solis in Arietem. H. Poſteà in quolibet aliarum quartarum anni. H. quia tũc qualitates temporum mutantur. ¶ Item quãdo ab eodẽ minuto vnũ luminare recedet ab alio, vide in qua mã ſione, & ſingulæ ſtellę fuerint: dãdo cuilibet mãſioni tredecim gradus, & tertiã vnius, incipiendo à primo minuto Arietis: & cõſidera, vtrũ ſit ĩ hũida, & ſicca, vel media: ſcias etiã aſpectus

Potius aſpiciatq; ipſa Fortius.

Et in quolibet menſe. In Cancro, Libra, & Capricorno.

complexiones,& applicatiões planetarum illa hora. Similiter fac in duabus quadraturis : vnde quandò Luna erit in ſigno humido,& planeta aſpiciat eam,aut coniungetur ei,ſignat generationem pluuię,pręcipuè ſi aſpexerit. H. aliqua infortuna. Si enim aſpiciat infortuna,aut applicetur ei,iens ad eã:quandò Luna perueniet ad eã. H. leuis,& quieta. Si autẽ Martem: pluuiã ſignificat,cum fulgure,& tonitruo,& grandine . Cum Mercurio:pluuiam cum vento forti. .H. interciſè diſtillantẽ. Et ſi fuerint luminaria in eadem manſione : ſignificant multam pluuiã,cum magnis guttis. ¶ Item in principio &c. Hoc Abraham de ſeculo. H. &c. ¶ Item quandò ab eodem minuto &c. Hoc Alkindus octauo capitulo.

eã ſcilicet.

Erit hora pluuiæ. Et Luna cũ fuerit cũ Saturno,aut aſpiciet eum in mãſione humida,erit pluuia leuis &c.

Cap. 18. de mãſionib9.

¶ Capitulum decimumquartum.

GRadus iterum conuentus,vel oppoſitionis,per ſingulos menſes cui etiam Luna applicet:donec ad Solis recedeat conuentũ , aut ſaltem ab oppoſitione ſeparatur: nullatenus obliuionis tollat incõmodũ. Nã cũ Mercurio,aut Veneri applicet ſub eodẽ cõuẽtu,vel oppoſitiõe:pluuias effundit. Si vero de ſigno decimo,de exagono videlicet : aut trigono,aut oppoſitiõe. H. Lunã videris applicantẽ cũ ſtella, cuius couuentu,vel oppoſitione relictis,ea applicet iuxta citũ curſum,vel tarditatẽ : deſcenſum,vel aſcenſum:nec minus quoq; ſecundum illius loci naturã,& ſecundum Lunæ & illius ſtellę latitudinem (vt ſuperius dictũ eſt) iudicij ſemita teneatur. Si enim in eadẽ parte,aut cardine diſcurrat:& ſtella cum qua Lunaris fit applicatio,ſub terra moretur:de antedictis facit iudicium. Si enim ſtella oriens non reſpiciat,quãdò quelibet figura eum reſpexerit: imbriũ ſequitur renouatio. Ad hunc quoq; modum Lunæ in oriẽte,aut ſtellarum ipſarũ negato reſpectu dum tamen eas pluuias deſignet: abſq; nubium obſcuratione

ſubiti

ſubiti imbrium aderunt diſcurſus. De manſione quidē Lunæ Indorum animaduerte ſententiam:in humida videlice t, aut ſicca, aut Indorum fides in Luna in humida manſione ſtellæ in humida manſione applicans,pluuias oſtendit:potiſſimum quidē ſi in eodem.H.nodo conſtiterit in humida: quòd ſi in diuerſis,& humectantibus diſcurrent,& ſi non generales, pluuiæ tamē erūt:ea enim.H. ſic locata ſtellæ in mediocri locatę, & in vno nodo applicans: paucis affluit imbribus, quorū. H. ſunt initia ſūt ſiue ipſa fortiora erūt. Luna enim in mediocri exiſtente,dum tamen eidē ſtellæ in humido,& nodo vno exiſtenti fiat applicatio:& ſi in exordio minus,in fine tamē multipliciter aderit redundantia.Porrò ſi eundem minimè obtineant.H.nodum,imbrium mediocritas,plerunq; etiā imbres occurrent,ſed ſteriles. ¶Gradus iterum cōuentus &c.Hoc in libro qui incipit Cum multa &c.

Potiꝰ eodē modo cōſiſtent.

Meliꝰ quorū, ſed initia ſiue ipſa fortiora erunt.

Nodū,id ē, manſionē.

¶Capitulum decimumquintum.

ITem per ſingulos menſes in coniunctione,vel oppoſitione Solis,vel Lunæ oriens eſt firmandum: ſtellarum quoq;.H. Lunarem, necnō cū cæteris applicationibus hactenus perſcrutari neceſſe eſt.Ea igitur Veneri,vel Mercurio applicante &.H.hic pluuioſa erit. Deinceps ad huius rei euidentiā notandum:quando Luna cardines ingrediēs:Veneri,& Mercurio applicat:ipſa.H.die inducit pluuias,niſi fortè in principio illius, cū Marte facta fuerit applicatio. Quòd ſi H.aliqu ando accidiſſe perpendas: fulgura exauget,atq; tonitrua, paucos tamen denunciat imbres: niſi rurſum. H. in oppoſitione cōſtiterit.Quòd ſi Luna à Sole recedens fortunatis applicet: in prima menſis parte pluuias effundit non modicas: non aliter quoq; circa oppoſitionem oriente firmato. Luna fortunatis applicās: cū ab oppoſitione receſſerit: alterā

Lege potius, loca, necnon Lunatē cū cęteris applicatione attentis perſcru. &c.

aliter potiꝰ. Luna.

mensis partem copiosis replebit imbribus. In conuentu vel oppositione cum Venere & Saturno signum aquaticum. H. obtinente applicans, & hęc duo loca imbribus multis redundabunt: nisi fortè. H. in signo igneo commoretur. Martis rursum cum Saturno applicatio: nubes, & ventos multiplicat, imbres detrahit, & aëra corrumpit. Mercurius iterum hora conuentus, & oppositionis Veneri applicans: pluuiarum inundatione gaudebit. ¶Item per singulos & cætera. Hoc in libro .H. Omar.

Idē scilicet.

Hęc sūt desumpta ex libro Dorothei non Omar: vt videre est i libro nouē iudicū cap. de imbriū cognitione p singulos menses.

¶Capitulum decimum sextum. De pronosticatione ventorum per stellas fixas, & planetarum aspectus.

ITem ventorum cognitio. H. & pluuiarum experientia, sicut imbrium ex conuentu, vel oppositione, & duobus tetragonis omnino dependet: quare. H. est, stellas quoq; ventos designant, Mercurium videlicet, & Martem, & Solem attendere res hortatur. Cum enim Mars vētos exaugeat: Saturnus prohibet: & maximè retrogradus: & in signo terreo discurrens: non minus quoque aquatica, & sicca contradicunt. Mercurius enim stella est ventorum, & pariter aërea signa. Vt igitur venientes præuideas ventos, Mercuriū attendere oportebit. Luna enim postquam à conuentu recedit eidem applicans: & cum eo & sub eodem connexu in contraria mansione discurrens: ventorum nunciat discursus. Rursum Mercurio cum Saturno applicante, aut eodem cum ipso in eodem nodo, & mansione discurrens: nec ille retrogradus: obscuros efficit. H. & aërem variat: etiam sæpe in aëre ventorum timenda nascitur rabies. ¶Vnde notandum, quòd. H. Saturni retrogradatio, etiam si Mercurius eidem applicet: ventis penitus contradicit: Mercurio Marti applicante:

Lege poti⁹ ex pluuiarū experiētia.

Melius tres stellas quæ ventus &c.

Ventos intellige.

cante : aut in eius cõuentu : aut in eodem nodo,& mansione : quæ ventos.H. indicat : venti calidi procedunt,& in aëre feruor generatur: nubes quoque Horizonta possident : plerumque ignes ab æthere dilabuntur , vel in eodem apparent , vel ventorum calor alteratur , Marte potissimum retrogrado. Marte quoque in signo.H. commorãte, .H.minor inest ventorum significatio : verum pluuias multas,ex modico ventorum largitur .H. Nam idem Mercurius Ioui applicans , aut Veneri,aut in mansione:ventos significante, & in eodem nodo cõstiterit, ventos reducit. Iupiter autem maiorem in ventis assumit efficatiam : eius enim est omnium ventorum propitiatio , & lenitas. Mercurius itidem Soli configuratus , aut eundem nodum, .H.in mansionem quæ ventos significat obtinens : ventos ferientes generat , & pessimos . Subtilissimæ autem.H.acquisitionis, est Mercurij,& Lunæ cũ ceteris stellis cõmunitas,siue admixtio:quòd si fiat:nihil de posito .H. efficit. ¶Item ventorum cognitio & pluuiarum &c. Hoc reperitur in libello Iapharis vltimo capitulo. Ad euidentiam prædictorum & cætera.

Terreo scilicet. Potius & nubium & ventorum inest &c. Cursu.

Bene & mãsionem. Alias inquisitionis. Melius effugiet. Cap.8. libri de mutatione tẽporis.

¶SEQVITVR QVARTA PARS LIBRI de iudicijs particularibus , quæ non solum fiunt per coniunctiones, vel oppositiones luminarium:sed etiam per alias figuras particulares.

¶Capitulum primum.


Vm Luna fuerit in centro à Sole , & fuerit apertio portarum,& fuerit applicatio, vel aspectus, vel luminum translatio, seu receptio, vel collectio luminum : inter dominum ascẽdentis coniunctionis , vel oppositionis , vel inter ascendẽs cõiunctionis, vel oppositionis Solis, & Lunæ

Melius suę septimæ. idest, erit frigus tēpore frigoris, & calor tēpore caloris.

& Lunæ præcedentis & dominum. H. suum septimæ: iudica quòd in illo mense erunt pluuiæ tempore pluuiarum, aut ventus: & sic de alijs. Quòd autē affirmat significationem Lunæ: est quòd fuerit Venus, vel Mercurius occidentales, vel retrogradi, vel tardi motus: vel quòd sit vnus planeta, aut duo ex altioribus retrogradi, vel tardi:. H. quia tūc erit pluuia sine aliquo dubio. ¶ Item cum fuerit apertio portarum, Luna existente in aliquo centrorum prędictorum, sequentur venti, vel pluuię: calor, vel frigus: secundum naturam dominorum apertionis portarum, & secundum naturam temporis. Item si tūc inueneris Lunam in signo humido. H. applicantē planetæ humido, licet ibi non sit apertio portarum: tamen poteris habere fiduciam de pluuia. ¶ Cum Luna fuerit &c. Hoc extrahitur ex. H. vigesimonono capitulo, octauæ ptis libri Haly Abenragel: & ex dictis Omar: in capitulo. H. Quotiescumque ita & cætera. Quid sit esse in centro: require suprà, in septimo primæ partis. ¶ Item cum fuerit apertio &c. Hoc in vigesimo. H. octauo capitulo, octauæ partis Haly Abenragel: & in Omar: capitulo. Tempestiua itaque imbrium & cætera. De hac materia etiam habes in capitulo. Ad perfectam: in eodem libro: . H. specialiter ab illa parte. Non minus quoq; duodecim æquamentis & cætera vsque ad illam. H. partem. Ascendente anni & cætera.

Motus intellige.

De athazir id est, punctis Lunę q̄ lingua persica athazir dicuntur.

In libro nouem iudicū De apertione portarū.

Omar scilicet in libro 9. iudicum. Caput proximum.

¶ Capitulum secundum.

Hic intelligit Lunā.

ITem quandò fuerit. H. quarta: significat de humiditate, à retrogradatione planetarum, & temporum suorum: inspiciāt coniunctionem luminarium. Igitur nisi fuerit applicatio cum retrogrado, in coniunctione sua, signum est serenitatis, & in oppositione sua similiter. In quarta autem hyemali, si Luna fuerit in coniunctione in

centro

centro à Sole : & à planetis retrogradis : erit ſumma rei , & ſi-
gnificatio eorum fortior : quandò erunt .H. & retrogradi , & Quinq; re-
applicati cum Sole . Si igitur contingit quòd inter Solem, & trogradi :
Lunam , & omnes planetas retrogrados : ſint .H. iſtæ partes non & re-
cum aſcenſionibus climatum : erit pluuia in ſummo : ſecun- trogra.
dum quòd affirmat vis quartæ , & natura temporis , & plane- Id eſt cẽtra
tarum ſignificantium,& Lunæ. Et ſi .H. deſcendens fuerit de Poti⁹ ſi de-
vno,vel de duobus : minuitur ſignificatio ſecundum propor- fect⁹ fuerit.
tionem ſuę virtutis: & ſi non fuerit ſignificatio ab altero iſto-
rum centrorum : non erit quicquam : niſi .H. Venus humi- Melius ven
dus , humida aura in vere , frigida in hyeme. Fortior iſtarum tus.
.H. ſignificationum eſt : quòd Luna ſit in longitudine pro- Id eſt
pinquiori, minuens in lumine ſuo. ¶Item ſi Luna iungatur Cẽtrorum.
planetæ retrogrado,aut ſit in centro ab eo, & à Sole , & ſit ad-
dens in lumine : ſignum eſt pluuiæ ſecundum quòd affirmat
tempus planetis. Sed quandò erit coniuncta ſicut dictum eſt :
& ſit minuens lumine : minuet id. ¶Item ſi planetæ ſint re-
trogradi in ſecunda quarta circuli in hyeme, aut vere, aut au-
tumno: erit ſignificatio fortior.Sed ſi tunc retrogradantur in
tertia quarta : ſignum eſt magis diminutum:quià ventus me-
ridionalis multiplicabitur illic . Sed quandò erit retrograda-
tio in parte ſeptemtrionali : erit pluuia cum vẽtis ſeptemtrio-
nalibus.Quandò verò fuerint directi in ęſtate,& Luna in lu-
mine ſuo minuens : & continuabitur .H. erit ſignum gradi- cum corpo-
nis, fulguris, & radiorum. Si fuerint etiam directi in parte ſe- re directo.
ptemtrionali,aut retrogradi in parte meridionali:erit ſignum
fulguris, & gradinis. ¶Item quandò erit in prima quarta.H. Melius cir-
ſigni:erit ſignum humiditatis,à retrogradatione planetarũ,& culi.
Luna fuerit addens lumine: inſpiciemus in ea,ſicut in quarta
hyemali,& centris Lunæ poſitis. Et quandò fuerint retrogra-
di cum Sole in vna quarta : erunt fortiores in quarta ſecunda
circuli : aut in capite Cancri , aut in meridie : quoniam mul-

tiplicabitur

tiplicabitur vẽtus meridionalis humidus. Quãdò erit Sol ĩ ſecũda quarta circuli: & fuerit in ſigno humiditatis: inſpice cẽtra quæ poſui, & planetas retrogrados, & addentes in lumine ſuo. H. fortificabũtur. Veruntamen ſi fuerint cum Sole in vna quarta: erit caliditas fortis valde comburens. Et ſi fuerint retrogradi in prima quarta ſimiliter. Et ſi fuerint in inclinatione meridionali: erit aura mitis. Et quandò applicabitur Luna cum illis planetis retrogradis, in centris nominatis: mouebitur & aër ad qualitates nubis, grandinis, & fulguris: & cum fuerint illic directi debilitabitur ſignificatio. Quandò erit Sol in quarta tertia circuli, & erunt planetæ retrogradi in illa parte: illud eſt ſignum humiditatis, & horæ pluuiæ: quandò manſerit Luna in centris dictis à Sole: & cum ſtat ſignificatio: quòd ſint planetæ retrogradi, pars eorum. H. parti terræ, & applicetur pars eorum parti. H. de tertio, ſeptimo, vel quarto. H. aut in prædictis centris, & erunt planetæ retrogradi in ſeptemtrionali parte: erit ſignificatio fortior: quandò coniungetur eis Luna, & erit Sol in centris dictis, & ibi erunt planetæ addentes lumine, tunc ſi fuerint planetæ directi in parte meridionali: & retrogradabitur. H. in parte ſeptemtrionali, & applicabitur cum eo planeta, & Luna eſt minuens lumine ſuo: ſignum erit pluuiæ, & niuis: quià tunc directi. H. agebant tunc partes ſeptemtrionales: & cum fuerit Luna in centro à planetis retrogradis, ſi ſoluerint donec Luna fuerit in centris: tunc diſtillabit congelatio: ſed ſi fuerit Luna addens lumine ſuo: ſoluet tunc illud. ¶ Item quãdò fuerit quarta & cætera. Hoc extrahitur ab. H. Alkindo in quartocapitulo, & tres propoſitiones ſequentes.

Ob hoc eni debilitabũtur, & minuẽtes vero infortunabuntur.

Potius ꝓpinquior parte.

Aſpectu.

Planeta.

Planetæ cõgelant.

De roribus & pluuijs in omni climate.

¶ Capitulum tertium.

ITem ſi vis ſcire vim, & debilitatem, multitudinem, & paucitatem pluuiarum: conſidera naturam temporis, & vim ſuam, ac debilitatem: ſecundum quòd dixi de gradibus

gradibus naturæ temporis,& ciuitatis:sed si fuerit natura temporis tui in summo frigida,& humida : tunc significatio fortior planetarum: ostendet significationem fortiorem pluuiarum: & si natura tēporis tui fuerit frigida,& humida in æqualitate: .H.tam mediocre,& secundum proportionem virium. H.significationes aquæ significabit. Et cum hoc. H. scieris aspice ad naturam Martis,& Veneris:& si fuerint frigidi humidi: aut calidi: & inter eos sit applicatio ex opposito : aut ex H.obliquo prædictorum:& latitudo eorum. H. vna: & erunt continui cum Sole: aut vnus eorum. Deinde considera applicationem Lunæ cum Sole: & centrorum prænominatorū : & concordantiam. Si fuerit natura Lunæ similis naturæ eorum: illud est signum aquæ. Si vis sua est debilis, & concordauerit illis duobus hæc figura : & non erunt retrogradi , & erit tempus illud æstiuale: aut vernale : erit adhuc aqua multum fortis,& cum hoc tonitruum,fulgur,ventus, & grando multa , & erit multitudo,& paucitas : secundum propinquitatem vaporum terræ & erit frigiditas venti,& caliditas, secundum quòd concordauerint latitudo Lunæ, & mansio sua à Sole : & pars, & natura temporis. Si verò significatio prędicta fuerit in hyeme,aut autumno: nec fuerint retrogradi: erit aqua debilis,distillans durante tēpore siccitatis. Si verò fuerint retrogradi in tēpore veris:& ęstiualis cū hoc fuerit in inclinatione meridionali: in vere erit in summo ꝙ dictū est:& in æstate minus pro multitudine caliditatis in aëre: aut pro modo appropinquationis terræ suæ : aut quia erunt in fundo ecentricorum suorum . Sed si fuerint retrogradi in hyeme, in declinatione septētrionali:erit minus quod dico:si in declinatione meridionali: erit plus . Si calidiores sint retrogradi, & in fundo ecentricorum suorum: & fuerit tunc applicatio. H. cum Sole , ab opposito:& duorū planetarū: similiter si hæc sint in vere: erit finis rei:in hyeme verò,& autumno:minuetur parum. Si verò in con-

Potius tūc mediocriter.

Bene ex aliquo prædictorū centrorum.

Lunę cum Sole.

in coniunctione planetarum fuerint duo planetæ continui : vnus alij ab vno centrorum : & natura Lunæ similis .H. illi : & erit in vere,& hyeme,illud signum est.H. & si fuerit in ęstate , & vere : illud est signum tonitruorum multorum , cum aqua . Si igitur fuerint duo planetæ coniuncti in centro, aut concordauerit illis Luna innatura : illud est signum pluuiæ sicut dico:sed centro, & horæ quandò figuratur illud tempus: si Luna fuerit adiuuans natura sua,si fuerit alius planeta à Venere , & Marte in similitudine naturæ illorũ : augmentabitur res ità quòd fiet quasi diluuium. Si verò fuerint omnes planetæ figurantes pars eorum partem, in centris prædictis : & sint retrogradi in hyeme, & autũno, & inclinatione meridionali : erit de roribus, & pluuijs, quod interficiet populos , & ciuitates, & .H. clima præter pauca. Sed si fuerint in vere, & æstate retrogradi : & in inclinatione meridionali : erit similiter, nisi quòd non communicabit res cum omnibus: .H.& erunt cum hoc fulgura,& tonitrua,& grando fortis. Cum autem fuerint retrogradi in quarta æstiuali, & .H. tempus æstiuale : nec erit significatio super aquam:erit siccitas summa in climatibus septemtrionalibus, & calor fortis : qui interficiet populos, præcipuè qui erunt propè .H. æquationem diei. Quandò autem erit significatio pluuialis duorum planetarum: & fuerit significatio consumens : de tribus rebus non erit quicquam. Cum fuerit significatio pluuialis de duobus planetis, aut tribus,vel quattuor in æstate:erit summè mitis aura illius æstatis,& paruæ caliditatis , nec erit aqua multa : nisi fuerit significatio de quinque planetis. ¶Item si vis & cætera. Hoc ex quinto capitulo Alkindi. Hic possunt notari quædam .H. de Alkindo dicuntur in istis capitulis, vltra practicam prædictam. Quere hoc.

[Margin notes: Fuerit. — Pluuiarũ. — Recte climata. — Locis. — Et tempore æstiuali. — æquatorẽ potius. — Melius quę ab Alkin.]

¶Capitulum quartum.

ITem aſpice hora coniunctionis, aut præuentionis in quarta prima, & ſecunda, ad Lunam cum quo applicatur illa hora: ſi cum Venere, & Mercurio: ſignificat generationem pluuiæ in illa ſeptimana, & hora illius erit: ſecundum quantitatem graduum: qui ſunt inter Lunam, & planetas duos: quibus applicatur: & ponam ſcilicet gradum pro die, & minutum pro hora: & quandò Luna conſequitur gradum illius planetæ cui applicatur, & eſt Venus in Scorpione, aut Capricorno, aut Aquario: erunt pluuię multæ. Similiter .H. Mercurius ſtat in aliquo illorum trium: ſignificat pluuiam. Et quandò fuerit Venus, & Mercurius in prædictis ſignis: & Luna oppoſita, aut coniuncta illis. H. in quarta ſui: ſignificat pluuiam. ❡ Item aſpice & cętera. Hoc Alkindus in ſexto capitulo, verſus capituli finem.

Quando Mecurius.

Aut in quadratura ſua

❡ Capitulum quintum.

ITem non ſolum oportet conſiderare cōiunctionem, vel oppoſitionem luminarium ad ſciendum fortitudinem, vel manſuetudinem accidentium: ſed iudicandum eſt etiam, quandò Luna fuerit dimidiata in luce, & erit principium. H. ſignale mutationis, vt plurimum per tres dies, antequam Luna ſit cum Sole, & poſt etiam per tres dies: ità quòd ſit in elongatione partium æqualium. Similiter hoc ſciemus à participatione, quam habebunt cum planetis,. H. & quodlibet horum ſtatuum, & aliorum ſicut eſt in ſextili, & trino aſpectu. Et poterimus ſcire mutationes, ſequendo concordantias naturales planetarum, quas accipiunt, & ſignorum cū aëre nos circundante, ac vētorum. Et virtus horum ſtatuū particularium qui erunt die qualibet: erunt propriè à ſtellis fixis, quæ ſunt luminis, & operatiōis. H. maioris: cū apparuerint veſpere, ſiue mane ex parte oriētis, vel occidentis reſpectu Solis: quià reducūt vt plurimum ſtatus particulares in naturas earū.

Potius ſignatæ.

In figura.

Sunt ſtellæ primæ magnitudinis, quas ſequunt͂ quę ſunt ſecūdę magnitudinis.

M Similiter

Similiter erit hoc non minus.H.eo quòd diximus cũ aliquod luminarium transit per angulos: ità quòd mansuetudo, & fortitudo, quæ erit in statibus cuiuslibet temporis, accidũt: quandò transibunt luminaria per hæc loca, sicut recentia: & minutio erit per transitum per hęc loca, & mutatio statuum ventorum erit propriè: quandò trasibunt luminaria per hos angulos: & mutatio sua erit vento: qui erit à parte vbi erit latitudo Lunę. Et quandò particularia accidentia erunt similia vniuersalibus: opus fortificabitur. H. &, rectificatur. ¶ Item non solũ & cætera. Hoc à Ptolemeo in duodecimo capitulo, secundæ partis, .H. ¶ Sciendum secundum Haly ibidem: quòd per oppositionem sciemus quid accidat in secunda medietate mensis (si mensis fuerit coniunctionalis) vel per coniunctionem: si fuerit oppositionalis. Et per quartam lunationis: sciemus id quod accidit in illa quarta: iudicando sicut per coniunctionẽ. & oppositionem, & per comparationem particularis. H. quod in vniuersali: sciemus illud quod accidet in illa quarta.

Lunæ.

Potius rectificabit.

Quadripartiti.

Poti⁹ cum vniuersali.

¶ Item super verbo illo signatę mutationis & cætera. Exponit sic. Luna currit per vnum. H. duobus diebus completis, & vna parte tertij: & hoc posuit Ptolemeus cõpletum diem propter breuitatem. Et quia virtus corporis Lunę est antè, vel post per duodecim gradus, propter hoc fiunt tres dies. Hoc enim dictum exponitur duobus modis. Primo modo: quòd Luna transit in sex diebus duo signa completa, .H. & transeundo duo signa, peruenit ad tot numeros graduũ. H. quod sũt in firmamento. Et sic ibi oportet: quòd applicet ad punctum domini significationis in tribus. H. antè, & in tribus post: & hora quà peruenit ad ipsum: monetur significatio illa. Secundo modo intelligitur, quòd virtus Lunæ voluitus cum virtute Solis, tribus diebus ante suam applicationem: & sic etiam remanet mixta: vsq; ad tres dies post suam applicationem: quia corpus Solis habet quindecim gradus antè, & quindecim gradus

Signum scilicet.

Bene quot.

diebus.

gradus post, & corpus Lunæ duodecim ante, & duodecim post. Modus autem primus magis concordat cum opinione & sententia Ptolemei: nihilominus vterque modus videtur in se magnam habere caussam, & rationem & cætera.

¶ Notandum quòd sicut in morbis acutis quarta vt plurimum est nunciatiua septimæ, & sic per tres dies ante apparet signum salutis, vel timoris, ità suo modo ante coniunctionem vel oppositionem Solis, & Lunæ potuit apparere principium signatæ mutationis in aëre. Quere igitur causam huius si placet. H. in diebus criticorum. Nota hoc obiterdictũ de crisibus. Melius in caussis dierum criticorum.

¶ Sciendum iterum: quòd quandò Luna distat à Sole quadraginta quinque gradibus ante, vel post, dicitur in centro à Sole: & tunc propter propinquitatem coniunctionis, vel oppositionis, si aër mutetur tunc: sicut consueuit fieri, potissimè cum Luna est in centro à Sole: secundum Alkindum & plures alios: magis ad similitudinem significationis, .H. vel oppositionis mutabitur: quam ad similitndinem mutationis alterius figuræ: hoc autem fit tribus diebus completis ante coniunctionem: & tribus diebus post. Vnde signator coniunctionis modicum variauit locum suum in Zodiaco, in tanto tempore: & ideò illum. H. locum, vel stellam fixam quam aspicit: vel fuerit in centro ab eo, quandò distat Luna per quadragintaquinque gradus à Sole. Coniunctionis. Potius illũ planetam.

¶ Sciendum secundum Haly vbi supra: quòd in qualibet applicatione Lunæ cum Sole: debes formare angulos, & inspicere sicut prius in coniunctionibus, & oppositionibus.

¶ Item secundum Haly ibidem: stellæ lucentes sunt illæ: quæ sunt primæ magnitudinis, & posteà secundæ magnitudinis, & sic de alijs: ità quòd virtus earum crescit, cum mane apparuerint exeundo radios Solis, aut. H. intrãdo sub radijs Solis: & sic virtutes Solis, & Lunę (quamuis sint victrices) tendunt tamen ad virtutes earum. Et postq̃ ità est in stellis fixis: magis Vespere.

Fuenire potius. debet hoc. H. inuenire in planetis. Per commixtionem igitur virtutum eorum: poterimus scire accidentia particularia cuiuslibet diei. ¶ Ita Haly exposuit. Similiter non minus & cætera. Vult dicere,. H. quòd quandò aliquod luminarium transibit per aliquẽ angulorum, qui fuerit in applicatione sua prima: significabit additionem, vel diminutionem, accidẽtis applicationis: & additio erit: . H. significatio sui transitus ipsamet significatio radicis: vel minutio si significationes sunt diuersæ. Et postquam ita est, . H. quòd applicuerit gubernatori aliquod luminarium, vel ipsi gradui significationis faciet idem. Vndè gradus significationis. H. luminaris quod fuerit supra terram in illa applicatione: post modicũ gradus Solis, est gradus significationis. Similiter secundum fortitudinem anguli erit fortitudo rei, & mansuetudo: quoniam ascendens, & decima. H. fortiores sunt alijs: & etiam hoc patet in crescentia maris, & Nili. Vndè quandò Luna transit per aliquem gradum significationis: fit in crescentia additio: verbi gratia: quandò Luna transit per illud signum quod fuit ascendens in coniunctione, vel oppositione antè introitum Solis in Cancrum, vel aliud signum: & applicat gubernatori: vel transiuerit per locum coniunctionis, vel oppositionis: significat augmentum. H. Nili, nisi alia maior significatio hoc disturbet. Item venti mouentur de vna parte ad aliam, hora qua transit aliquod luminarium per aliquem angulum, ex angulis ascendentis significationis, secundum partem ad quem declinat latitudo Lunæ & cætera.

Margin notes: Ptolemeus. Quàdo fuerit signific. alias quãdo. Est gradus luminaris. anguli fortiores. Hoc desideratur in commentario Haly.

¶ Capitulum sextum.

Item si ille qui dominatur in cõiũctione vel oppositione fuerit humectans: & commiscebitur cum stellis fixis humectantibus: & locus coniunctionis, vel oppositionis

positionis qui præcessit. H.in loco humido: aut Luna, vel Sol in tali loco: hæc res si vna, scilicet applicuerit alteri aspectu aliquo: signat quod erit illa dies humida, & multæ pluuiæ. Et si Saturnus rebus istis applicuerit: erit pluuia fortis, & dãnosa. H. cum lubrigatur. Et si Iupiter erit tẽperies, & tempus saporosum, & omnes alias applicationes intelliges hoc modo. ¶Item quotidianos imbres Lunaris per singula. H. progressio manifestare poterit. Ipsius ergò in cardines ingressus, eiusque cum Venere, & Mercurio, ac reliquarum cum ipsa stellarum dum alestina transit, aut. H. oppositori, applicatio cognitionem non effugiat. Signa namque aquosa ingrediens, aut supradictis stellis applicans: ipsa die pluuias significat, & generat. ¶Ad cuius rei maiorem euidentiam: signa aquosa scire necesse, humidæ etiam. H. sunt Venus, & Mercurius & Luna: expressius tamen quam Mercurius Venus, & Luna amicantur imbribus, Venus itaque. H. horis quodlibet signorum obtinens: aut. H. Lunæ itidem applicans: imbres signat. Venus itidem cum Mercurio, in signis aquaticis: & Luna similiter: sed in fine signi alteri eorum applicans: etsi multos profitentur imbres: pauciores tamen quam in principio: Luna itidem cum Venere absque Mercurio: in signis aquaticis: itidem non aliud. H. quam Luna cum Mercurio, ibidem Venere remota. Amplius Luna in huiusmodi. H. quolibet: Veneri, & Mercurio applicãs: dum pluuiarum obtineant signa: pluuiarum notant constantiam, quousq; Luna ab eis recesserit. ¶Venus itaq;, Mercurius, & Luna maliuolis. H. applicantes, nec eisdem coniunctæ: die ipsa pluuiã inducunt: applicantes autẽ eidem, aut coniunctæ: negant. Venus cũ Sole locata, cũ vtriq; Mercurio, & Lunæ iungatur: eadẽ die. H. nubibus redundant. Mercurius autẽ aut Venus Capricornũ applicans: & Luna in Tauro, aut in Piscibus. H. ibidẽ. Item prędictarum altera ĩ Capricorno, & Luna in Tauro, aut Virgine, Veneri, &

Fuerit in loco.

Legitur in Haly cũ lugubrura.

Signa.

Sit opposita.

naturæ.

Poti⁹ horũ quodlibet Bñ aut Luna ibidem.

Quecq; potius.

Signorũ.

alias imbribus.

Melius idẽ

Mercurio, de oppositione applicans: ad ipsum præcipue dum Luna in Tauro cum cauda moretur: & à Saturno recedat: aut Venus cum ipsa: Marte in Aquario, & Mercurio in piscibus: aut Capricorno: ea namq; die imbribus æther oneratur.

Immo in II. cap. 2. partis.

¶ Item si ille &c. Haly in fine glosæ, in. H. primo capitulo secundæ partis quadripartiti Ptolemei. ¶ Item quotidianos & cætera. H. Omar in penultimo capitulo.

Nō Omar sed Dorotheus cap. de quotidianis imbribꝰ in libro 9. iudicū.

¶ Capitulum septimum.

ITem cum Sol est in hemisphærio australi, & Venus sub radijs eius: eidem Luna applicante: ipsa die, & hora: protendit imbres futuros. Non minus quoque Mercurio adusto, si Luna eidem applicat, aut eidem opposita, in Scorpione moretur, hoc etiam idem Martis, & Veneris, sub Scorpione. H. ventos indicabit. ¶ Item cum Sol & cætera. Ista propositio cum sequentibus. H. habetur in libro Cum multa.

Potius conuentus. Octo.

¶ Capitulum octauum.

ITem Sole in Aquario existente, Luna eidem applicante, aut in eius oppositione locata, & Venus ibi commoretur: in ipsa hora pluet. Item quoq; Solis ad Venerem, Veneris ad Solem applicatio: Luna in eorum oppositione: aut tetragono discurrens: cum Venus combusta fuerit: certum de pluuijs fiet iudicium: quòd si conuenerit, & Mercurius pariter cum illis discurrat: imbres continuos eadem die reportet: Lunaris etiam. H. videlicet in eis aspectus, nec imbres. H. aberunt. Item cum Sol in Libra, & Venus in sagittario, Luna eis. H. comitante: ipsa die pluuias inducunt & cætera. Item Sol in Aquario, & Luna in Leone, eadē die. H. minus imbrium

Melius vniuersaliter.

alias cōmunicante. Minimus.

imbrium erit diſcurſus. ¶ Item Mars Solem reſpiciens, & Luna, dum Venus & Mercurius hanc, aut illum comitantur: imbres præſentes, & groſſas inſinuunt guttas. Sic quoque in domo Veneris, aut Martis: Ariete videlicet: aut Scorpione: ſtillæ grandes, tonitrua, & coruſcationes generantur. ¶ Item Sol rurſum in Piſcibus, vel Ariete diſcurrens: Luna in Virgine, aut Libra, vel Sagittario commorante: in vaporoſis vtique locis, ipſa die imbrium .H. tulit efficatiam. Amplius autem Venus, aut Mercurius in eodem loco cum Sole: in domo Veneris diſcurrens: & etiam Luna: imbrium ſtillas grauiſſimas, lampades, & tonitrua protendit. ¶ Item in Leone, Virgine, Piſcibus, & etiam Ariete, Libra, Scorpione, Luna in Solis oppoſitione: aut cum Venere diſcurrens: ſtillas non ſine lampadibus, tonitruo, & fulgure mittit. Itidem etiam Luna in Leone: lampades, tonitrua, & fulgura generantur: pari quoque modo in regionibus .H. equinoctiali lineæ ſubiectis: in ſecundo climate, tertio, vel quarto, horum inerit mediocritas: in quinto, & in ſexto: remiſſius. Mars quidem retrogradus, ſi eum aſpexerit Sol: fulgura quidem virentia cadunt. ¶ Item Luna in hoſpitio Martis, ſcilicet Scorpione. Mars autem in .H. ſuo dominio poſito diſcurrens. Sol etiam in Aquario, vel in Piſcibus ſitus: die ipſa pluuiarum notat redundantiam. Sole quidem in Piſcibus, & Luna, cum Marte in reſpectu: fulgura erunt, & tonitrua, & pluuiarum .H. redundantia & fulgurum lapſus. Itidem etiam Sol in Ariete, & Scorpione: Luna in Leone: & Sagittario: aut in Solis conuentu. ¶ Item Sol in Capricorno, Luna in Tauro: aut Virgine: Piſcibus: aut Scorpione: ventos generat frigidiſſimos. Non minus eodem in Capricorno, & potiſſimũ in Aquario exiſtente: dum Saturnus in oppoſitione eorum diſcurrat: & alterũ Luna aſpexerit. ¶ Item Sole & cætera. Hoc ibi ſupra.

Alias tollit affluentiã.

Melius in ſuę domus oppoſitione diſcurrens.

In libro cũ multa.

Capitulum

¶Capitulum nonum.

ITem si Luna sit in centro à Sole iudicandum est sicut prius in oppositione vel coniunctione. Luna itaque in mansionibus æqualis complexionis, à siccis discurrẽs: aut si deinceps stellisĩ ferioribus, quæ loco sunt. H. ratiõis, aut in signis aquaticis superioribus applicet: pluuiarum in maxima parte est iudicium. Signa autem aquatica sunt: Cancer, Leo, Scorpius, & Aquarius. Stellæ autem quæ rores protendunt sunt, Luna, & Mercurius. Si igitur Lunam de huiusmodi signis respiciant: aut cum ipsa morentur: Luna etiam de locis humidis, eisdem applicet: imbres innuit timendos: ea enim de locis siccis, & æqualibus applicans: vel respiciens: mediocres omnino pluuias inducit. Luna itidem in singulari, & propria natura: nebulas, &. H. imbres etiam raras affert: & candidas, & cætera. ¶Item cum Luna & cætera. Hoc extrahitur à Iaphar in paragrapho .H. Est itaque tetragonus: & fortè hoc alibi (vt credo) satis habetur. Quere hoc. ¶Vult tamen ibi, quòd à primo ingressu Solis in Libram: & per totum annum, & in exordio anni: & coniunctionibus, & oppositionibus Solis, & Lunæ, & in centris Lunæ fiat: sicut docuit in coniunctione, in illa propositione: inquires & cætera. Ad euidentiam prædictorum.

roris poti9 Iaphar facit signa aquatica & hũida Capricornũ, Aquariũ, Pisces tantum.

Nubes potius. Capite quĩto scilicet sed verius cap.6.

¶SEQVITVR QVINTA PARS libri de iudicijs mutationum aëris, per coniunctiones, & aspectus Lunæ cum alijs stellis: Et aliarũ stellarum adinuicẽ: & de pręsentia Lunę, & aliorum, à Sole: in certis locis Zodiaci.

¶Capitulum primum.

Cum



Vm ad aliquem terminum certum diſpoſitiones aëris volueris pronoſticare: ſcias primo loca omnium planetarum ad eundem terminum, & ille planeta qui plures fortitudines, vel teſtimonia habuerit in ſuis ſignis: erit.H. diſpoſitio temporis, ſecundum ſui naturam. Alias diſpoſitor. Conſidera tamen fortitudinem, aut debilitatem: quam habuerit diſpoſitor à coniunctione, vel aſpectibus ſuorum ſimilium, aut ſuorum contrariorum: & ex loco ſuo in ecentrico, & epicyclo: & ex natura communi temporis: & ex hoc iudica qualitates aëris. Sic igitur poteris præcognoſcere, quandò erit calor præcellens: .H. quandò plures planetæ calidi habuerint plura teſtimonia, & cum hoc, ſi aſpexerint ſe de tertio aſpectu. Scilicet quã dò. Cognoſces etiam frigus præexcellens, per teſtimonia frigidorum planetarum. Poteris etiam præcognoſcere humiditatem præexcellentem, per planetas humidos, abundantes teſtibus, & potiſſimè: cum ſe aſpexerint de tertio, & in ſignis aquoſis. ¶ Cum ad aliquem & cætera. Hoc extrahitur à quodam libello qui incipit. Ad pronoſticandum diuerſam aëris diſpoſitionem & cetera. ¶ Sciendum quòd iſte author ſic procedit. Primo ponit ſignorum qualitates, ſicut prius patuit per tabulam: poſteà ponit naturas planetarum, nec omnino ſicut alij dicunt: dicit. Saturnus eſt ſummè .H. frigus: & ex conſequenti ſiccus. Iupiter .H. temperatè eſt calidus, & humidus: Frigidus legi debet. plus tamen abundat in eo caliditas, quam humiditas. Mars ſuperfluè calidus, & ſiccus: plus tamen calidus, quam ſiccus. Sol temperatiſſimè calidus, & ſiccus: (vt verius dicam) inter qualitates ſummè æqualis. Venus temperatè calida, & ſuperfluè humida. Mercurius autem inclinatur per naturam ſuam, ad eum planetam, cui complectitur: & ex planetis & ſignis: dicitur tamen in ſe frigidus, & ſiccus. Luna verò in natura ſua dicitur temperatè frigida, & ſummè humida. Vndè dicitur

fons humi-

fons humiditatis: sicut Sol est fons caloris, quamuis Sol sit temperatissimè calidus. ¶Posteà dicitur quòd planeta in domo sua habet quinque fortitudines, & dignitates, seu testimonia: & in exaltatione, quattuor: in triplicitate, tres: in termino, duas: in facie, vnam. ¶Posteà ostendit quæ sit domus, exaltatio, & cætera, sicut prius .H. patuit per tabulam: vbi ponit Leonem pro domo Solis, Cancrum pro domo Lunæ, Libram Veneris, Arietem Martis, Sagittarium Iouis, & Capricornum Saturni .H. quià vt dicit: ibi fuerunt creati in origine mundi. ¶Posteà dicit: quòd quinque planetæ habent accidentales potestates in quinque signis residuis: vt Saturnus in Aquario, Iupiter in Piscibus, Mars in Scorpione. Venus in Tauro. Mercurius in Geminis. Vndè dicuntur eorum accidentalia domicilia. Sciendum tamen quòd nos vtimur hic, scilicet: quòd planetæ in istis domicilijs tot fortitudines habent: sicut in alijs & cætera.

Virginem Mercurij.

¶Posteà dicit quòd planetæ fortunantur: quandò aspiciunt seinuicem aspectu amicabili: vel debilitantur: si aspiciunt se aspectu inimicitiæ: & hæc amicitia, vel inimicitia fit, propter contrarietatem, vel similitudinem signorum in qualitatibus primis: sicut patuit prius. ¶Ponit etiam & aspectus .H. sicut pruis.

Quinque scilicet.

¶Posteà dicit: quòd coniunctionem dicunt astrologi: aspectum fortissimum: nos autem inuenimus multoties oppositum, scilicet .H. aspectus qui prius dicebantur esse fortiores & cætera. ¶Posteà dicit quòd alie sunt fortitudines, & debilitates planetarum: quas accipiunt ex diuerso esse in suo epicyclo, scilicet, ortus, & occasus, progressio, statio, & retrogradatio, sicut patebit inferius. Fortior est quandò est in ortu, vel progressiuus: quam occidentalis, vel stationarius, vel retrogradus.

Lege potiꝰ, inter aspectusq; prius dicebatur: trinum esse fortissimũ.

¶Posteà dicit: ꝙ omnis planeta ĩ superiori parte sui deferẽtis, fortiorem

fortiorem habet in istis operationem, quam in inferiori: & hoc est: propter eius motum velociorem, secundum reuolutionem diurnam. H. Velocius ipse probat per hoc quòd parallelus Aequinoctiali, à planeta descriptus: eo existente in auge deferentis: maior est, & plus distat à suo centro: quam ille: qui est descriptus eo existente in opposito augis: & sic cum. H. magis fpatium pertranseat in æquali tempore: velocius mouetur secundum reuolutionem diurnam. ¶ Cum ergò secundum philosophos, & astrologos: secundum motus superiorum mouentur ista inferiora: & hoc etiam notabiliter patet: quià cum Sol ascendit ad augem crescunt vegetabilia: quandò autem recedit, fit ecõuerso. Hoc & etiam patet potissimè in effectibus Lunæ: quià in qualibet coniunctione, vel oppositione Solis, & Lunæ: est fluxus maximus, & hoc est: quià tunc est in auge deferentis. Quandò autem est in quadraturis ad Solem: tunc fluxus minimus, & hoc est: quià tunc est in opposito augis. ¶ Et nota, quod oriente Luna, congregantur vndique aquæ, &. H. tumulantur, & eleuantur, quasi uersus suam causam, & originem: & non cessat talis eleuatio: donec venerit ad medium cæli. Et cum ibi fuerit minuitur tumor ille, & fluunt aquę ad locum oppositum, & generatur tumor cõsimilis, & hæc est causa quare sunt duo fluxus indie naturali, & sic semper cacumen aquæ mouetur sicut Luna: ab oriente in occidens: & se tenet semper versus Lunam. H. ¶ Infortunantur etiam planetæ, cum fuerint propiores zenit capitis: & debilitantur, cum fuerint remotiores. ¶ Posteà ponit tabulam rotundam, ad cognoscendum fortitudinem planetarum: & totum patuit, per tabulas prius positas, in introductorio.

¶ Posteà ponit practicam, sed non omnino nec ità explicitè, sicut positum est. Quòd tamen superius dictum est,. H. extrahere aut ab alijs quæ explicitè dicuntur: aut ab illis quæ per suum processum, & per sua exempla dãtur intelligi. ¶ Posteà exemplifi-

Adde qđ aurē secundũ reuolutionē diurnã velocius moueatur: ipse ꝓbat. alias mai9.

Potius cumulantur.

Id est, vis eorum augmētatur.

Lege extrahit, aut ab his quę explicitè.

Alias, poterunt etiam adduci exẽpla ad tẽp⁹ nostrum.

exẽplificat, & hoc per te ipsum potes facere .H. Actoris & poterũt autem exempla deduci ad tempus nostrũ. ¶ Nota, quòd sicut ad cognoscendum quandò aër erit aquosus, consideranda sunt signa aquosa: ità intelligendum de calidis suo modo, & sic de omnibus qualitatibus & cætera. ¶ Dubitatur: vtrum planetæ velocius moueantur motu diurno, eis existentibus in auge: quam in augis opposito: videtur quòd non: quià quandò velocius mouentur proprio motu: tardius mouentur motu diurno: cum isti duo motus sint ad oppositas partes: igitur & cætera. ¶ Item dubitatur: vtrum plus influant in istis inferioribus, cum sint in auge: & videtur quòd non: quià cum per lumen operantur, & corpora eorum minora videantur: minus videntur influerè. ¶ Item exemplum de Sole non videtur ad .H. oppositum: quià ego dico: quòd crescentia herbarum & cætera, non fit propter propinquationem Solis ad augem: sed quià Sol est magis propè zenit capitis. ¶ Item videntur male dicere, quòd aquæ fluunt ad oppositum .H. locum Lunæ, & generatur ibi tumor: quià cum Luna sit quasi mater humiditatis: videtur quòd in parte opposita non debeat esse tumor aquę, imò tantum versus Lunam. Ad primum quere residuum. ¶ Quandò obuiauerit Luna cum stella calida: accelerabit ventus, & calefaciet aërem, vel calefiet. Inspice etiam ad partes dierum, scilicet: accipe à gradu Solis ad gradum Saturni: & proijce de gradibus Lunæ, versus ortum Solis, totam diem: si ad hanc partem Mercurius aspexerit, aut accedat Mercurius in illa die: erit vẽtus. Et fortius signum est statio Lunæ, cum eo præcipuè si participauerit Veneri: & est de complemento directionis ascendentis. ¶ Istud extrahitur .H. ex libro Alkindi.

Alias ppositum.

De mutationibus tẽporis. ca. 7.

¶ Capitulum secundum.

¶ Item cum

ITem cum volueris ſcire temporis varietatem, ſcito ſigna. H. diuerſorum planetarum, vtrum ſint calida, vel frigida: quòd ſi fuerint calida, ſignant calorem in æſtate, & temperamentum. H. in hyeme. Si in ſignis frigidis: ſignificant frigiditatem in hyeme, & temperamẽtum aëris in æſtat e. Similiter cũ coniuncti fuerint in aquaticis, ſignificant ſuperfluas pluuias in hyeme, & temperamentum, vel multitudinem roris in æſtate. ¶ Item cum fuerint planetæ ponderoſi (quibus debet copulari aſpectus Solis) in directo alicuius ciuitatis, ſcilicet: in ſignis ſeptemtrionalibus, ſignificant ſiccitatem, & terrę ſterilitatem. Cum verò elongati fuerint, ſcilicet: cum fuerint in meridionalibus: ſignant multitudinẽ pluuiarum. ¶ Item ponderoſi omnes orientales: ſignificant. H. multitudinem pluuiarum in hyeme: &. H. nimiam ſiccitatem in æſtate, ſi occidentales fuerint. ¶ Stella rurſum in qualibet domo eiuſdem naturæ diſcurrens, & recepta: dum recipiens bonum obtineat locum: debitus omnino ſequitur effectus. Optima quidem, & maior de efficacia certitudo, ſi in ipſius natura conſtiterit. Ad hæc etiam Luna cũ Ioue, & Venere, aut Mercurio, ex vna parte applicans, imbres generat. H. æſtuantes in auſtro quidem magis imbribus oportunum, .H. reuere potiſſimum & Ioue receptis: & Luna gradum ſolarem in conuentu euaſerit. Saturnus enim in ſignis humidis, pluuijs minimè cõtradicit: & hoc modo in Lunæ applicatione exequendum erit. Si verò in eadem parte coniungantur, dum inferior ſub ſuperiori moretur: cuiuſmodi ſunt Mercurius, Iupiter: Venus, & mars: Luna etiam & Saturnus. Quotiens igitur ambo cuiuſlibet inferiori applicet: poſtquam inferior à ſuperiori ſeſe euaſerit, rores æſtuare neceſſe eſt.

Bene. ponderoſorũ. aeris.

Planetę põderoſi Saturnus, Iupiter Mars.

ſiccitatẽ, &

Tẽperamẽtũ aeris in æſtate.

alias, ęſtiuãtes.

Potius Venere.

¶ Item cum volueris ſcire & cætera. Hoc habetur in ſexto H. capitulo Meſſalach: Qualiter debeam planetis ponderoſis copulare Solem. Quære. ¶ Stella rurſum & cætera.

Libri coniunctionũ planetarũ.

N Hoc ha-

Hoc habetur in libello qui incipit. Cum multa: & quià satis obscurè loquitur: quæratur expositio.

¶Capitulum tertium.

Magnum, scilicet.

ITem testimonium. H. est: vt cū mane videatur, quantum est à Sole in Saturnum: & tantū à loco Lunæ computetur: quòd si computatio finiatur in domo Martis, vel Solis: serenitatem notat. Saturni: nubila. Lunæ vel Veneris: pluuiam. Mercurij, vel Iouis: ventos: Mansio etiam notanda est, in qua finiatur computatio: si sit humida, vel sicca, secundum quam iudica. Item si hanc partem Mercurius aspiciat: aut potius cum ea esse contigerit: eadem die ventos procreare necesse est: fortiores quidem: Luna eam comitante, pręcipuè si Venus eidem. H. consors extiterit. ¶Item considera introitum Lunæ in primo puncto cuiuslibet signi: & qui eam de proprio fouebit aspectu: ducatus officium pro. H. huius rerum indagatione merito vendicabit. ¶Item magnum testimonium & cæt. Hoc in quodam extrauaganti: capitulo quod incipit. H. Volens autem scire. Idem Abraham auenare. Item in libro. Omar, in fine secundi capituli, quanuis ibi dicatur: quòd ab Omar fuit pretermissa hæc pars: ipse tamen non posuit. Quòd si computatio finiatur & cætera vsque ibi. Item si Mercurius hanc partem aspiciat & cętera. Et pręcedentes hoc vltimum non ponunt. Sed si omnia hæc concurrunt: fortius efficietur iudicium. ¶Item considera. Hoc Omar in fine secundi capituli. H.

alias, consors.

Melius huiusmodi.

Lege iudiciū particulare & c. Itē Hyspalensis in capitulo. Volēs autem & c.

De qualitate aeris, & temporū: in libro. 9. iudicum.

¶Capitulum quartum. De hora pluuiæ.

ITem Luna intrans Cancrum hora Solis: Virginē hora Veneris: Libram hora Iouis: Sagittarium hora propria: Taurum hora Martis: Geminos hora Mercurij: signi-

rij: significat. H. secundum naturam domini, & signi in quo est eo tempore. ¶Item cum Luna intrat Aquariũ, vel Scorpionem, vel Capricornum hora Saturni: significat quòd hora erit mutatio aëris. Quandò autem pars (id est gradus trium planetarum) aquæ, Veneris scilicet: Mercurij, & Lunæ: erit in aliquo signorum aquæ: & dirigentur in illo: abundabit pluuia, adeò quòd nocebit populo. ¶Item Luna intrans & cętera. Hyspalensis idẽ: nisi quòd ipse dicit: significat pluuiam ad modum signi, in quo. H. dies signi, vel horæ est. Alkindus etiam idem: nisi quòd ipse addit Leonem hora iouis: aut etiã Libram: significat pluuiam, & ventum: secundum naturam signi: & quod erit de substantia sua,. H. istorum signorum erit. Similiter idem Omar nisi quòd ipse dicit: Sagittarium hora Mercurij, & ibi dicebatur: Geminos hora Mercurij. Dicit etiam Geminos, Leonem, aut Libram hora Iouis sub intrans: .H. vbique imbres, ventos, atque fulgura signare creditur. Ea etiam rursum Scorpij signum hora Saturni ingressa: ventos nunciat frigidos. Nam ipsius in Aquarium, vel Pisces ingressus: aëra perturbat: &. H. percutit.

Pluuiã, vel ventos.

Potius, dominº signi.

Et de substãtia istorum signorum.

alias, vtiq;.

alias, peruertit.

¶Item cum Luna intrat & cætera. Hoc. H. Alkindus. Sciendum quòd pars hic accipitur pro gradu & cætera.

In fine. 6. capituli.

¶Capitulum quintum. De signo oriente, siue Asuph.

ITem hora transitus stellæ de signo in signum, oriens certissimum dignoscatur. Vnde si fuerit signum aquaticum: designat pluuias. Melius quidem signum. H. huius Luna possidente: pluuiarum administrat ducatum, cuique Luna applicabit stella. Quotiens enim Luna eam cui applicat stellam consequitur: inundationes pluuiarum innuit. Venus rursum atque Mercurius, quotiens vterq; .H. alter signum aquaticum possidet: & Luna eis adiuncta: imbres adauget, nisi fortè in. H. maliuolo aspectu, vel coniunctione

Potius, huiusmodi.

Lege, vel alter.

alias, maliuoli.

cōmoretur. ¶ Item Saturno transeunte de vno signo in aliud: fiunt. H. dyachintes (quod arabes vocant asuph) vel quædam alia signa de natura ignis. ¶ Itē Venus intrans Cancrum: pluuiam facit. ¶ Item hora transitus &c. Hoc. H. Omar versus finem illius capituli. Quotidiano &c. ¶ Item Saturno trāseunte &c. Hoc in floribus. H. Hermetis. Potest hic notari scilicet: tempus generationis cometarum &c. Quęre de hoc. ¶ Item Venus intrans &c. Hoc. H. Albumazar, & plures alij &c.

alias, diachohontes.

Immo Dorotheus in libro. 9. iudicum. 33. aphorismo.

Potius, Almansor in. 29. propositione libri 150. propositionum.

¶ Capitulum sextum.

ITem Luna in signo fœminino, si aspiciat planetam retrogradū in signo fœminino: statim pluet. ¶ Item Luna iūcta planetæ retrogrado, aucta lumine: signum est pluuiæ. ¶ Item Luna in signo &c. Hyspalensis addit: cum Luna fuerit in domo fœminina, vt orientalis, vel occidentalis quarta: & aspiciat eam planeta retrogradus in signo fœminino: necessario pluuia erit. Et videtur quòd hæc propositio supponat aliquam aliam significationē planetarum: sicut per apertionem portarum, & huiusmodi: & sic cōtinuaretur cum dictis Hyspalensis præcedentibus. ¶ Item Luna iuncta &c.

¶ Capitulum septimum.

SCias iterum, quòd Luna in declinatione meridionali, quandò applicatur cum directis: est significatio siccitatis: mouetur aër ad summū frigiditatis: si fuerit minuens lumine: Et quandò fuerit in declinatione septemtrionali, & calor est in ęstate: & applicatur cum planetis retrogradis: & erit addens lumine suo: mouebitur diuersitas ventorū, & si fuerit minuēs lumine: minuetur illud. Item si Lunę in Scorpione opponitur Mars: pluuię abundabūt, maximè si fuerit Sol in Aquario, vel Piscibus. ¶ Item cum Luna est in opposito,

posito, aut cũ Venere in Piscibus Ariete. Libra, & Scorpione: erunt lampades, tonitrua, & fulgura. ¶ Scias iterum &c. Hoc H. Alkindus in suo libro. ¶ Item si Luna in Scorpione & cætera. ¶ Item cum Luna & cætera. De mutatione tẽporis cap. quarto.

¶ Capitulum octauum.

I Tem cum Sol est in hemispherio australi, & Venus sub radijs eius si Luna sibi applicet statim pluet.

Item cum Venus in Scorpione, vel Aquario, vel Capricorno, cõiungiturq; ei Luna, vel eam aspicit: significat pluuiam multam. Similiter Mercurius in statione aliquo triũ prædictorum signorum: sic fit tribus planetis coniunctis in Aquario. ¶ Item cum Luna Mercurio adusto applicat aut de Scorpione opponitur, pluuiam. ¶ Item cum Sol &c. Item cum Venus & cætera. ¶ Item cum Luna Mercurio & cætera. In libro Cum multa.

¶ Capitulum nonum.

L Vna igitur à Marte. H. discedens eadem die pluuias minuit in signo præcipuè aquatico per singulos autem dies per signa quæ imbribus dicantur erit discretio. H. sicut Cancer, Scorpio, Aquario, & Leo præcipuè. Aquarius & Leo. Stellæ iterum pluuiarũ significatiuæ Venus Mercurius, & Luna, potissimum, Venus &. H. Mars. Venus autem prædictorum quodlibet occupans dum ea in extremo signi vel medio commoretur: Luna iterum signa aquatica permeando, Veneri. H. applicans: eadem die pluuiarum innuit redundantiam Venus itidem, & Mercurius dũ huiusmodi signa parambulant: etiam Luna similiter alterutri applicans, & finem signi obtinens: pluuias prioribus tamen minores aduehent, Luna ibidem & Venus in signis aquaticis Mercurio

alias, decidens.

Poti⁹, sunt autem.

Lege Ven⁹ & Mercurius.

alias, applicet.

ab eis remoto pluuiarum habet iudicium nec aliud dum Mercurius & Luna ad huiusmodi signa perueniunt licet Venus in pluuioso non ambulet. H. Luna in eisdem signis Veneri, & Mercurio applicans dum similia gradiantur: aut cum eadem discurrant, donec Luna ab eis separetur: pluuias renouant.

Adde, signo.

¶ Luna igitur à Marte & cætera, Hoc. H. Omar in fine, & aliqua ibi ponuntur quæ sunt similia eis, seu illis: quæ sequuntur in illa propositione quæ sic incipit. Item quotidianos imbres & cætera.

Nõ Omar, sed Iergis in libro. 9. iudicũ, Cap. de pluuijs.

Capitulum decimum. De planetis pluuiosis.

Item ex coniunctione Saturni &. H. Iouis fit frigus. Item si Sol, Saturnus, Iupiter, fuerint in aliquo signorum aquaticorum, & cauda cum illis: timendum est in illa parte signi de pluuijs multis, cum torrentibus corrumpentibus ciuitates, & hoc cum adiũcti fuerint in hyeme, & similiter in æstate, & erunt nubes, grando, & acies equitantium, & hoc erit secundum mansionem Lunæ cum illis. Et si fuerit Sol coniunctus, & Saturnus Ioui, & Marti in vno signo aqueo: erit signum pluuiæ, & torrentium nociuorum, & pluuairũ. Et fortius quandò adiungetur cum Sole, & Marte in signo aqueo: sicut ostẽdi tibi & aspiciet eos Saturnus à quarto, aut coniungetur eis: si fuerit in signo decimo. Inspice Venerẽ quãdò intrabit sub radijs: quià est sicut mulier sub viro. ¶ Itẽ ex coniunctiones Saturni & c. Hoc in floribus. H. Hermetis. ¶ Item si fuerit Sol iunctus & Saturnus & cætera. Hoc in Alkindo. ¶ Et nota si placet quæ sunt stellæ significatiuæ aquæ: & hoc dictum est prius ab alijs.

Legẽdũ est cũ Hermete: & Solis.

Hæc sunt desumpta ex. 6. cap. Alkindi,

Aphorismo. 34. sui cẽtiloquij.

¶ Capitulum vndecimum.

Item

ITem temperantia aëris fit ex coniunctione Iouis, & Solis: & hoc maximè: cum coniunctio ipsa fuerit in signis aëreis. Item ex coniunctione Solis, & Martis in signo bicorporeo, & tempore veris: fit tenebrositas aëris, & infirmitates frequenter contingunt. H. ¶Item æstiuo tempore, cum Sol est in termino Martis: fit æstus, in hyemali: siccitas, & paucitas pluuiarum. ¶Item cum Iupiter fuerit commixtus in aliqua virtute cum Marte, æstiuo tempore, in signis septemtrionalibus: certissimè potest prædici: quòd nubes, & scintillationes, & tonitrua fient in aëre, ità etiam: vt periculum sit hominibus futurum, propter aëris pestilētiam, ex nimia coruscatione futura. ¶Item temperantia aëris & cætera. Hoc in floribus. H. Hermetis. ¶Item cum Iupiter & cætera. Hoc Albertus in fine capituli de tonitruis, & potest notari causa si placet.

Hermes. 34. aphorismo.

Hermes. 35. aphorismo.

Vbi supra.

¶Capitulum duodecimum.

ITem Martis, & Veneris sub Scorpione conuentus: pluuiam facit. ¶Item Venus in Scorpione existens à Marte respecta, propter maria quæ Scorpio habet: pluuiam facit. Si verò Martis caret respectu: ex relicto ducatu non multa imbrium erit vbertas. ¶Item Martis & Veneris & cætera. ¶Item Venus in Scorpione & cætera. Hoc in libello qui incipit Cum multa.

¶Capitulum decimumtertium.

ITem scias loca applicationū Mercurij cū tribus superioribus, & cum quo applicatur, & à quo separatus fuerit. Si cum Saturno: erit ventus fortis, cum tenebra nigra, & .H. puluere. Si cum Ioue: significat ventum mitē absq;

Alias, & pluuia.

absque pluuia. Si cum Marte: ventos calidos. Si cum Sole: ventum calidum cum corruptione. Si Venus applicat cum Saturno, significat pluuiam, & erit fortè quandò cum ea parua, & quasi puluis. H. Solis pluuiæ non resident in ea. Item quandò Mercurius applicuerit cum Marte, erit pluuia interpollata & ventus, & fulgur. Et quandò Venus cum Ioue: erit pluuia larga & descendet, & proficiet. Quandò Luna cum Saturno: significabit nubes nigras conculcatas, & vna pars conculcans aliam. Quandò cum Marte nubes intercisas, & gelu, & fulgura significat, & fortè apparebit arcus, neque erit pluuia communis. Qnandò vero Luna cum Venere, & Ioue: erũt nubes, & ros multæ vtilitatis. Quandò vero cum Mercurio: erunt nubes pallidæ. H. colores fumosi & ventus bonus cum pluuia. ¶ Item scias loca & cætera. Hoc Alkindus in. H. octauo capitulo. ¶ Item quandò Mercurius cum Marte & cætera. Alkindus octauo capitulo. Et sic finitur quinta pars huius libri.

Lege & similis pluuiæ non residẽs in ea.

Potius coloris.

Nõ in octauo, sed in sexto.

SEQVITVR SEXTA PARS DE hora pluuiæ, & vbi, & quandò fortior aut debilior, & quæ loca sunt apta ad hoc, & de duratione eiusdem.

¶ Capitulum primum.



CVM planetæ erunt in summo ad significationem super pluuiam, & Luna similiter in loco significationis, & applicationis gradu ad gradum, de centris à Sole, & planetis cum ascendentibus climatum, & erit. H. ascendens super horizontem aliquorum: illud est signũ horæ pluuiæ, in loco pluuiæ vbi sic ascendit, & fortior significatio est illi cui. H. firmat Luna in illa hora in angulo terræ

alias, aspectus.

Potius fuerat.

suæ:

ſuæ: dum tamen fuerit cum planetis ſignificatoribus in .H. æquidiſtante æquatori diei: etiam ſi planeta ſic aſcendat, cum Luna ſuper Horizõtem: .H. fiat illa hora abſciſio ſupra punctum, quod aſcendebat cum Luna in ſignorum circulo: etiam vbi Luna fuerit in medio cæli, ſi Sol ſit in aſcendente: multiplicabitur res. Et quandò fuerit aliquis ſignificatorum in angulo terræ, aut orientali, aut occidentali, aut medio cæli: res durabunt donec cadãt planetæ ſignificatores. Durabũt etiam humores: quandiu Sol, & Luna, & ſignificatores fuerint applicati: pars eorum parti .H. Et etiam res ſecundum numerum planetarum ad angulos illius terræ: tunc quandò ceciderit Sol & Luna, & planetæ: pars eorum à parte de gradibus applicationum: quamuis planetæ, & Sol, & Luna, manſerint in angulis: non erit .H. aliquis vbi applicuerint ad inuicem, & cum hoc fuerit eorum .H. pluuialis. Dignior eſt ſignificatio cum fuerit applicatio gradus cum gradu .H. & vnius planetarum ad angulos: non erunt vires ità fortes, ſed minuentur multum: niſi fortificauerit hæc alia ſignificatio: aut ipſamet in ſeipſe. Cum fuerit Sol in hora principij ſignificationum in medio cæli: debilitabitur, & minuetur. Quandò erunt loca eleuata: erit ſignificatio fortior, & quandò depreſſa: durabit humiditas: donec compleantur naturæ, & abſcindantur planetæ à centris prædictis. Cum fuerint in hora applicationis gradus cum gradu planetæ, & Luna cadentes ab angulis Horizontis aliquorum: debilitabitur ſignificatio apud eos: & tunc erunt nubes. Cum fuerit Sol in Horizonte orientis, & Luna, & planetæ ſignificatores in Horizonte occidentis, & in angulo: eſt ſignum pluuiarum, & horarum ſuarum. ¶Item cum fuerit Sol in Horizonte occidẽtis, & Luna in Horizonte orientis, & aliquis planetarum in angulo terræ, aut in medio cæli hora applicationis: ſignum eſt pluuiæ. Scias .H. debiles ſignificationes non ſignificant in littoribus maris, propter multam

Lege, in linea æquid.

Et hoc ſi fiat.

Meliꝰ, erũt etiam.

¶Bene, aliquid niſi applicuerit Natura pl. Et planetę, Sol, & Luna ſint in aliquo angulorũ: & niſi fuerit applicatio gradꝰ cũ gradu, & vnius & cætera.

¶Intellige quòd.

multam

Alias, inter

multam depressionem, .H. nisi rores, & nubes: sed significant in locis eleuatis: & erit pluuia: cum fuerint Sol, & Luna, & planetæ, pars cum parte in centris prædictis: in hora applicationis gradus cum gradu. Et quandò fuerit aliquis planeta, & significatores in aliquo angulorum (si Sol tunc fuerit super zenit capitum) debilior erit significatio. Si fuerit significatio pluuialis in aliquo loco, & non sit in alio: tunc locus à quo ventus venerit: tunc suprà populum ostendet: nisi fuerit significatio respectu sui. Aër enim soluitur ad partem frigidá, humidam, constrictam de parte calida. ¶Quandò planetæ & cætera. Hoc Alkindus in paragrapho prænominato & cętera.

Alkind9 capite quinto de caussis rorum & pluuiarũ i omni terra inueniendis.

¶Capitulum secundum.

Lege, cum ventis, secũdũ vim modi, & de roribus, & pluuijs proph. & cætera.

CVm errauerit modus prophetandi id est iudicandi .H. cum Venere, & Marte: propheta, & iudica cum Ioue, & Mercurio. Si enim fuerint calidi humidi: aut frigidi humidi: & fuerit inter eos applicatio de centris: & de Sole & Luna: & concordauerint applicationes pars parti: & hora temporis de quarto, aut tertio, aut septimo, aut sextili, aut cõiunctione: illa est hora pluuiæ, & de debilitate, & fortitudine, & loco in retrogradatione, directione, & pausatione, applicatione, & cætera, iudicabis: sicut dictum est de Venere, & Marte: nisi quòd minus significant: quam Mars, & Venus. Similiter aspice Saturnum, & Solem: si fuerint calidi humidi, aut frigidi humidi: & iudica per applicationes suas & cætera, sicut fecisti cum Ioue, & Mercurio. Sed remissius significant quam Mars, & Venus: Iupiter, & Mercurius. Et significatio fortior est: cum vni significationi adduntur aliæ. ¶Item significatio trium significatorum communis est in omni loco. Et similiter quattuor, quinq;, sex, septem. H. nõnumquam fallit vsq; ad septem: & sunt vires suæ: secundum elongationem

¶Lege, nec fallit vnq̃ à trib9 vsque ad septem.

loci ab

loci ab ęquatore diei. Scias quòd in locis in quibus sunt aquę, fortior significationum fortè te decipiet in æstate: aut media in vere: sed in hyeme debilior nunquàm fallit: in autumno fortè ibidem poteris decipi: quantum ad horam: sed in tempore generationis non mentietur quicquàm. Scias quòd signum rerum & pluuiarum est: quòd sit in hora coniunctionis luminarium significatio pluuialis: & illud certius est omni mense, aut hora oppositionis Solis .H. quià mutatur tempus de natura ad naturam. Si enim fuerit significatio pluuiosa: illud est fortius in omni quarta: quòd fiat .H. ad illud tempus. ¶Cum errauerit & cæte. Hoc vbi.H.supra. Consequenter hęc propositio dependet ex illa pręcedente. Si vis scire vim & debilitatem & cætera.

Potius, in centris quę mutãt tẽp⁹ Mutatio. Cap. 5. Alkindi.

¶Capitulum tertium.

D Ie illa & hora pluet: cum Luna in cardine, & in aqueo, applicat Veneri, & Mercurio: & durat: quandiu durat applicatio. ¶Item cum fuerit Luna applicans alicui planetæ, aut .H. ipsa separata: & fuerit eorum latitudo æquinoctialis: eadem die Luna faciet opus illius planetæ. Cũ fuerit Luna in aliquo angulorum hemisphærij, & planeta.H. in ipso lineæ anguli æquidistãs cum Luna: aut in aliquo angulo eiusdem hemisphærij: faciet illius planetæ.H. Cum fuerit Luna in oppositione alicuius planetæ, etiam fuerint eorũ, latitudines ab Ecliptica in diuersis partibus æquales: vel ferè Luna faciet opus eius. Cum oritur Luna, aut occidit, seu alium angulum intrat: & alius planeta sibi illum angulum attigerit: propter varias latitudines licet etiam sint coniuncti per gradus æquales: tamen faciet Luna opus illius planetæ. ¶Item cum fuerit Luna applicans & cætera. Hoc in .H. alio authore inueni: sed hoc à magistro meo habui & cætera. Et sic est finis sextæ partis.

Ab ipso separ.

Potius, ipsi lineæ.

Opus.

Lege, in nullo authore inueni.

¶SEPTIMA PARS LIBRI DE MVTAtione Aëris, quæ est per signalia superiora, quæ per metheororum scientiam habent cognosci: & quędam alia signalia vulgariter approbata.

¶Capitulum primum. De coloris circa eclipsim significatione,

Color app.



Vm color luminarium hora eclipsis, vel .H. apparẽs circa luminaria fuerit niger, vel tendens aliqualiter ad viridem: significat ea quæ sunt de natura Saturni .H. Sed album parum tendens ad croceum, Iouis. Si tenderit versus vermilium clarum, Martis. Si croceus tẽdens ad colorem aureum splendidum, Veneris. Si verò colores fuerint diuersi, Mercurij. In omnibus alijs significationibus per colores hoc modo iudicabis: & hoc est magnũ iuuamentum ad cognoscendum planetam dominantem. Et si in toto corpore .H. lunaris eclipsati, aut in omnibus partibus (quæ sunt circa) apparuerit color: signum est quòd accidens ab eclipsi .H. erit in maiori parte regionum, cum accidente concordantium. Si verò versus vnam partem: accidens erit in regionibus cum ascendente concordantibus, quæ sunt versus illam partem. ¶Si color luminarium hora eclipsis & cætera. Hoc extrahitur à .H. Ptolemeo, & Haly eius commentatore, in nono capitulo secundæ partis.

Potius, si albus.

Melius, luminaris eclips.

Proueniẽs.

De coloribus in deliquijs.

¶Capitulum secundum. De cometæ significatione vbi, & quandò.

I Tem per cometam fiunt iudicia, vndè accidens erit in regionibus, & ciuitatibus concordantibus cum signo in quo apparuerit, & in cuius signi directo extiterit:

& per colo.

& per colorem eius, & formam ſcies cum quo planeta concordauerit: per quem ſcies qualitatem accidentis, & ſecundum qualitatem virtutis planetæ dominãtis ibi: erit virtus. H. occidentis. Tempus enim durationis ſignalis correſpondet durarationi accidẽtis. Et ſecundum Haly aſpice ad horas quę ſunt inter ſignale, & aſcendens: ſicut fit in eclipſibus, & erit cito, vel tardè: ſecundum comparationem eius ad Solem. Vnde ſi in mane matutinali apparuerit: erit cito. Si in veſpere: erit tardè: & generaliter facies ſicut in eclipſibus. alias, accidẽtis.

¶ Item per cometam & cætera. Hoc ab eiſdem vbi ſupra. Cap. 9. libri. 2. quapartiti.

¶ Capitulum tertium.

ITem aſpice ad ſignalia apparentia circa Solem cum oritur, pro ſciendo ea quæ accidunt de die, vel dum H. accedit, pro ſciendo illa quæ accidunt de nocte. Et pro ſciendo ea quæ multum durant: inſpice in horis quibus Sol habet participationem cum Luna de figura: quia quælibet figura monſtrat vt plurimum ſtatum qui erit ab ipſa hora vſq; ad horam qua Luna ſe ponat. H. infra poſtmodum veniente. ¶ Item aſpice & cætera. Hoc explicatur in decimotertio capitulo ſecundæ partis quadripartiti. H. Ptolemei. Lege, dum occidit. Melius, in figura. De obſeruandis metheoris.

¶ Capitulum quartum. De pronoſticatione auræ per arcum, vel angulum Solis.

CVm Sol oritur, vel occidit clarus. H. limpidibus, ſine nubibus, vel alia re ipſum cooperiante: ſignificat ſerenum. Et ſi circulus eius fuerit diuerſorum colorum: vel trahens ad vermilium ſicut ignis: aut quòd ſint nubes quæ dictæ ſunt. H. Soles ab vna parte eius: & aſſimilentur colori nabis tendentis ad vermilium: & fuerint radij Solis Lege, limpidus. Grecẽ, perilia.

extensi, & longi: significabunt ventos fortes, & mouebuntur à parte: quà ipsa signalia apparebunt. Si verò Sol niger ascen dit. H. vel quod tẽdit ad viridem, vel occiderit cum nubibus, aut habuerit ab ambabus partibus nubes quæ dictæ sunt Soles: vel radij qui de Sole exeunt tenderint. H. ad nigredinem, vel viridem: significabit aërem hyemalem & pluuias.

Vel lurid⁹.

Sint suppalli.

¶ Item Sol purus oriens, & non feruens: serenum diem nunciat, pallidus: grandinem. Si verò occidit pridiæ serenus: & oritur: tantum certior fides erit serenitatis. Item Sol concauus oriens: pluuias prædicit. Item ventos: cum. H. autem ex orientem eum nubes rubescunt quòd etiam si nigræ rubentibus interuenerint: & pluuias. Item si orientis, & occidentis radij videntur coire: pluuias, & si circa occidentem rubescunt nubes: serenitatẽ futuri diei spondent. Si verò in exortu spargentur partim ad Austrum: partim ad Aquilonem: licet sit pura circa eam serenitas: tamen pluuias cum vento significabunt. Et si in ortu, aut occasu contracti curuantur radij: monstrant imbres. Item si in occasu eius pluat, aut radij in se nubes trahunt: asperam in proximum diem tempestatem significabunt. Cum in oriente radij non illustres eminebunt H. quam circa circundati non sint pluuiam protendunt. Si in exortum nubes globantur: hyemem asperam denunciabunt. Si ab ortu repelluntur, & ad occasum: adhibent serenitatem. Si nubes. H. soloris circundant, quanto minus luminis relinquunt: tanto. H. rubedior tempestas erit. Si verò etiam duplex orbis fuerit. H. contractior, quòd si hoc in ortu vel in occasu fiat: ità vt rubescunt nubes: maxima ostendetur tempestas, & si non ambiunt, sed incumbant: à quocunque vento fuerint: eum protendunt. Si autem à meridie: imbrem. Si oriens. H. tingitur orbe ex qua parte is se rumpit: ventus expectetur. Si totus defluxerit: æqualiter serenitatem dabit.

Potius, cũ ante.

Lege, quãuis circa.

Potius, Solem circũ

Tubidior.

Lege, tãto durior seu atrocior erit.

Potius, cingitur.

Item si in ortu longè radius per nubes porrigetur & medius

H. mauis

.H.mauis erit:pluuias significat. Si ante ortum radij se osten- dant: aquam, & ventum: si circa occidens candidus circulus erit: noctis lenem tempestatem: si nebula: vehementiorem: si .H. cadente Sole: ventum. Si autem circulus erit:ex qua re- gione is rumperit se:significat magnum ventum. ¶Item Sol in ortu suo maculosus, vel sub nube latens: pluuiam præsa- git. Et si palleat: tempestuosum denunciat diem. Si concauus videtur: ità vt in medio fulgens radios ad Austrum, & Aqui- lonem emittat:tempestatem humidam, & ventosam prænun- ciat. Si pallidus in nigras nubes ad Aquilonem accidat: ven- tum præsagit. ¶Sero rubens: designat mane serenum. Si ma- ne: imbres denunciat ab Aquilone, fulgur, tonitruum pro- tendit & cætera. ¶Cum Sol oritur & cætera. Hoc vbi .H. su- prà. Notandum secundum Haly super illo verbo significat se- renum: hoc est: quòd hoc ostendit, quod est ab omni fumo- sitate limpidus. ¶Item color diuersus in circulo Solis: est Mercurialis, & color tendens ad vermilium ignis: cum fue- runt radij venientes à Sole, vel qui circum fuerint: est Mercu- rialis. ¶Item nubes quæ dicuntur Soles: sunt quæ reuerbe- rant radios Solis, & quandò tendũt ad vermilium: sunt etiam fumi de natura Martis. Similiter etiam radij longi, extensi: monstrant fumum siccum: & propter hoc: significant omnia ista ventos fortes à parte in qua apparuerint. ¶Item nigre- do, & viriditas .H. quòd fumositas est de natura Saturni. ¶Item nota, quòd tota significatio signaliũ est certa: si con- cordauerit cum figuris primis luminarium: quę tales habeant significationes: & per omnia sic intelliges. ¶Item Alkindus ferè idem in fine.H. alicuius capituli. ¶Item Sol purus & cę- tera. Hoc extrahitur à quodam libro qui incipit de tempesti- ua, qui est de tempestatum præsagijs, vsque ad istam partem. ¶Item Sol in ortu & cætera. Hoc in quodam extrauagante. ¶Sero rubens & cætera. Idem Albertus.

Alias, ma- ior erit.

Potius, si candente.

Ptolemeus & Haly ca pitulo vlti- mo, libri se cundi qua- dripartiti.

Ostẽdunt.

Alkindus in fine. 5. capitis.

Capitulum quintum.

ITem aspicæ ad locum Lunæ diæ tertia ante coniunctionem, vel oppositionem: & diæ tertia antequam sit dimidiata in luce, vel tertia diæ post has horas. Et si clara fuerit, & circum se non tenuerit rem aliquam: demonstrat serenum: & si subtilis vernulia, & quòd remanet de suo circulo sine luce sit clarum .H. assimilando quòd moueatur: significat motum ventorum, à parte qua declinat: & si fuerit nigra, vel viridis, spissa: significat aërem hyemalem, & pluuias. Itẽ si circulus clarus solus circa eam sit: qui paulatim destruatur: significat aëris claritatem: & si fuerint duo, vel tres: significāt aërem hyemalem. Et si tenderint ad vernilium fumum, & sint intercisis: significāt aërem hyemalem venientem per vẽtos fortes. Et si turbidius aut spissius.H. significant etiam aërem hyemalem, cum grandine minuta. Tendens verò .H. ad viridem, cum nigro: & fuerit intercisus: significat etiam aërem hyemalem, & quanto plures fuerint circuli: secundum hoc res quas diximus erunt multæ. Item Lunam quartam maximè obseruat ægyptus. Si autem splendẽs exortet puro nitore fulserit: serenitatem. Si rubicunda: ventos. Si nigra: pluuias protendit. In quindecimo cornua eius obtusa: pluuiā, erecta, & infesta: ventos semper signāt. Quarta tum maximè, cornu eius sit acuminatum: semptemtrionalem, atq; regidum semper præsagit ventum, inferius austrum vtraq; recta: noctẽ vẽtosam. Si quartā rutilus orbis cuigebat, & vẽtos, & imbres ꝓmouebit. Apud Varronẽ itā est. Si quarta diæ Luna erit directa: magnam tempestatem pręsagit in mari. H. nec coronam circa se habeat: & eam sincerā: qm̄ illo modo & non ante plenā Lunā hyematurā ostẽdit. Item si in plenilunio per dimidium pura erit: dies serenos significabit si rutila: ventos, si nigra:

Id est, si tremere vidẽtur.

Fuerint.

Circulus.

Melius, nisi coronam

ſi nigra: imbres. Si autem aliquo orbe nubes incluſerit: ventos quà ſe ruperit. Si Gemini orbes cinxerint: maiorem tempeſtatem, & maiorem ventum. Si tres aut magis interrupti, aut diſtracti. H. naſcẽs Luna ſi cornu ſuperiori abſtracto ſurget: pluuias decreſcens dabit. Si inferiore: ante plenilunium. Si in media illa nigritia fuerit: imbrem in plenilunio. ¶Item ſi plena circa ſe habebit orbem: ex qua parte maximè ſplendebit ex ea ventum oſtendet. Si in ortu cornua craſſiora habuerit: horridam tempeſtatem. Si ante quartam non apparuerit vento flauonio flante: hyemalis toto menſe erit. Si aut. H. ſexta vehementius & flammea apparuerit: aſperas tempeſtates præſagiet. Sunt etiam ipſius Lunæ octo articuli, quotiens in angulos Solis incidat pleriſque. H. intrat eos tantum obſeruantibus præſagia eius, hoc eſt. 1.3.7.11.15.19.23.27. & interlunium. ¶Item aſpice ad locum & cætera. Hoc ex decimo tertio capitulo, ſecundæ partis quadripartiti Ptolemei. ¶Sciendum quòd quandò circulus Solis & cætera. Monſtrat quòd fumoſitas eſt pauca, & propter hoc: ſignat ſerenum. ¶Item interciſio monſtrat motum ipſius fumi, ideò ſignificat ventos. Alkindus ferè idem dicit, in fine quinti capituli. ¶Item Lunam quartam & cætera. Hoc in libro de tempeſtatum præſagijs, vſque ad partem. Conſidera colores & cætera.

Significãt pluuiã cũ Alkindo.

Potius, decima ſexta.

Melius, inter eos.

¶Capitulum ſextum.

I Tem conſidera colores circulorũ, qui ſunt circa planetas, & ſtellas fixas lucẽtes: & ſecũdũ hoc (ſicut prius) iudica. Inſpice ad ſtellas fixas, ſpecialiter ad illas. H. quæ multũ ſunt adiunctatæ: vna circa aliam: magnitudinem, & colores. Vndè ſi apparuerit maiores, & maioris lucis quã ſoleãt: ſignificãt curſũ vẽtorũ, à quacũq; parte fuerit. ¶Item nebuloſę propriè: ſicut ſtella quæ dicta eſt præſepe, & alię tales ſi aſſimilabuntur coopertę in tempore ſereno: quod vix. H. appareãt:

Stellarum turbulas aſpiciemus: quo illæ colore, quàq; magnitudine videant

Et viſum fugiant.

vel quòd ſint ſpiſſæ: ſignificant multas aquas. ¶Item conſidera & cętera. Hoc decimotertio capitulo, ſecundę partis quadripartiti: vſque ad illam partem. Item cum repente. ¶Sciendum ſecundum. H. Haly, quòd quælibet ſtella trahit fumum, qui concordat cum natura ſua. Quandò igitur multus fumus apparuit in parte alicuius earum: ſignificat quòd virtus illius vincet. Item ſtellæ quæ ſunt multum adiunctatæ, ſunt: ſtellæ Geminorum, & Scorpionis. Item ſtellæ nebuloſæ de quibus facit mentionem: ſunt in magnitudine ſexta. Idem ferè Alkindus in fine quinti capituli.

Vbi ſupra.

¶Capitulum ſeptimum. De pronoſticatione auræ per ſtellas fixas.

Item cum repentè ſtellarum fulgor obſcuratur, vt illud neq; nebula, neq; caligine accidat: graues ſignificat tempeſtates. Si volitant plures ſtellæ, videbuntur quo ferantur: albeſcentes: ventos ex his partibus nunciabunt. Si illud in pluribus partibus fiet incoſtantes venti. H. Si verò aliquam ſtellam errantium incluſerit orbis: imbrem: ſicut & in ſigno Cancri, & ſtellę paruę aſelli appellatæ, exiguum inter illas ſpatium obtinentes: nubeculam quam præſepia appellãt: hoc cum in cælo ſereno apparere deſierit atrox hyems ſequetur. Si in alteram illarum aquiloniam caligo abſtulerit. H. auſter ſentit, ſi auſtrinam: Aquilo. ¶Item cum repente & cętera. Hoc in libro de præſagijs tempeſtatum.

Curſitabũt

Potius ex græco exẽplari Ptolemei flabit aquilo: ſi i auſtrinam: auſter.

¶Capitulum octauum. De pronoſticatione ventorum per cometas.

Item ſtellæ comatę ſignificant ſiccitatem, & ventos, & quod inde accidet: erit ſecundum multitudinem harum rerum. Item cometæ cum eas circuit nigredo, & tenebræ

tenebræ: significant siccitatem fortem,& ventos:in qua parte apparuerint. Et est duratio secundum quantitatem luminis te nebræ: & si fuerit de partibus oppositis: significat ventos, & pluuiam, & nubes cum tonitruis, & fulgure: & cum fuerit in æstate,significat pluuiam similiter,& in hyeme. ¶Item cursus stellarum ex vno angulo significāt ventorum cursum à parte illa: & si.H.curcurerint de angulis diuersis,significant ventos inordinatos. Et si de quattuor angulis: significant diuersum aërem hyemalem, ità quòd proueniet ad tonitrua, & lampades,& similia. ¶Item stellæ comatę & cætera. Hoc à Ptolemeo in decimotertio capitulo,secundę partis quadripartiti. Secundū Haly cometæ stellæ fiunt oēs de fumo sicco. Et si apparuerint nebulosæ: significant vētos multos,& siccitatem aëris,secundum earum magnitudinem: & durabit secundum earum durationem. ¶Item cometæ & cætera. Hoc Alkindus in fine quinti capituli. ¶Item cursus stellarum & cætera. Hoc Ptolemeus in decimotertio, .H.secundæ partis quadripartiti. ¶Sciendum secundum Haly,quòd anguli sunt:inter Septemtrionem,& Occidens: & sic de alijs vt suprà.

alias, cucurrerint, id est sin occurrant: inter se ventorum prælia suscitant.

Capitulo.

¶Capitulum nonum.

ITem cælum cum æqualiter splendidum erit, tunc in articulis temporum quæ proposuimus:autumnum serenum præsagiabit frigidū. ¶Item si ver,& ęstas non sine refrigerio aliquo transierit: autumnum serenum, ac densum,minusq; ventosum faciet. Autumni verò serenitas,ventosam hyemem facit. ¶Item cælum & cætera. Hoc in libro de præsagijs. ¶Item si ver & cætera. Hoc vbi suprà.

¶Capitulum decimum. De pronosticatione ventorum per tonitrua.

I Tem si in signis hyemalibus audiantur tonitrua: sicut in Capricorno, vel Aquario: tunc initio veris, & fortè per totum annum plus ventabit: quam in alio anno. ¶ Item cum in ęstate vehementius tonitruit, quam fulgurat: ventos ex ea parte denunciat: & econtra: si minus tonitruit, quam fulgurat: imbrem. Cum sereno cælo fulgura erunt, & tonitrua: adhyemabit in hyeme atrocissimè, aut si ex omnibus quattuor partibus cæli fulgurabit: cum Aquilone

Potiꝰ tātū. H. tamen in posterum diem aquam portendit. Cum autem à Septemtrione: ventum. Cum in æstiuo tempore ab Austro,

Lege, nocte serena. Choro, vel Fauonio. H. serena fulgurauerit: ventum & imbrem eisdem regionibus demonstrat. Item tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana. ¶ Item si in signis hyemalibus & cætera. Abertus in compendio suo quod incipit. Passiones & cætera, in capitulo. Deinceps in fine. ¶ Item cum in æstate vehementius & cętera. Hoc in libro de pręsagijs tempestatum, vsq; huc. Item secundum pronosticationem & cætera.

¶ Capitulum vndecium. De diuersitate nubium quid significant.

I Tem cum nubes cælo sereno in cælum feruntur, ex quacunque parte illud fiet: venti expectentur, si in eodem loco globabūtur appropinquante Sole discutien-

Potius, ab Aquilone. tur, &. H. hoc Aquilone fiet ventus. Sed ab Austro nubes procedunt Sole occidente. Si ex vtraq; parte eius cælum petent: tempestatem significabunt vehementius arcu ab oriente, in nocte: aquam minantur, ab occidente: in posterum diem. Si nubes, & vellera lanæ sparguntur multa ab oriente: aquam in triduum præsagiunt. Cum in cacuminibus montium nubes ascenderint: adhyemabit. Si hæc cacumina pura fuerint:

Tēpestatē albam, asseuerabit. Item nube grauida candicante (quod vocant. H. albam)

albam) grando imminebit, cælo quamuis sereno, nubila quamuis parua: procellosum dabit. H. Nebulæ autem de montibus descendentes, aut cælo cadentes, vel in vallibus sedentes: serenitatem promittunt. ¶ Item cum nubes cælo sereno & cætera. Hoc etiam vbi suprà. ¶ Sciendum secundum Ptolemeum in decimotertio capitulo secundæ partis quadripartiti: quòd nubes quæ assimilantur floccis lanæ: significant aliquando aërem hyemalem. Flatum intellige.

¶ Capitulum duodecimum.

Item secundum pronosticationem rusticorum, quandò in hyeme remittitur frigus: expectantur niues: nisi sint nubes obscurę. Aliud autē signum est, & verius: vapor niuis futuræ lucidus est, & pallidus, & videtur multus, t& hoc est signum. H. claritatis suæ. Item quandoq; stat in aëre diu, sicut per octo dies, hoc est signum caloris. ¶ Item secundum pronosticationem & cætera. Hoc secundum Alberum, capitulo illo. Nix autem & cætera. alias, raritatis.

Capitulum decimumtertium. De pronosticatione ventorum, per diuersa signalia vulgi.

Item tempestuosa pluuia semper est in vento præcedente. ¶ Item vēti fortes fiunt præcipuè in autumno. Item tempore flatus Aquilonis, plus in vere, & minus in autumno. Item intensum frigus, & immensus calor sunt causa abscisionis ventorum, & pluuia sequens est etiam causa abscisionis eorum, & hoc est: secundum quid. Item ante tonitrua sunt venti validi, & fortes. ¶ Item tempestuosa pluuia & cætera. Hoc Albertus in capitulo, quod incipit. In vtriusq; autem & cætera. ¶ Item. H. Hoc superius scribebatur scilicet Adde, vēti fortes &c.

cum

cum ventis, & si placet sit situatio ventorum secundnm Albertum, in capitulo. Dico autem ventos. ¶ Item intensum frigus & cætera. Albertus in capitulo. Dico autē ventos. ¶ Item ante tonitrua & cætera. Albertus capitulo deinceps nostra & cæt.

¶ Capitulum decimumquartum. De grandinis significatione.

QVandò in vere, vel autumno grando de cælo ceciderit: tunc periculum imminet frugibus diræ, gelidæq; pruinæ, & hoc raro fallit nisi Sol post grandinem calidior: aërem, terramq; lustrauerit. Grando si media æstate ceciderit circa solstitium æstiuale: signum est: in superiori aëris regione frigus esse per maximum. H. pars inferior aëris calefacta Solis radijs: liquefaciet grandinem descendentem in immensa quantitate, molas faceret menstruosas. ¶ Item quandò in vere &c. Albertus in capitulo. Grandines & cętera.

Lege, & nec pars.

Capitulum decimumquintum. De pronosticatione horę per circulum cęli siue Iridem.

ITem arcus in diuersis temporibus, diuersa significat, in meridiem enim. H. ortus: magnam vim aquarum monstrat. Si verò circa occasum. H. fuerit: tonabit, & leuiter pluet. Si ab oriente, vel circà surrexerit: promittit serenitatem. Item arcus si apparuerit cum aëre hyemali: significat serenum, & econtra. Et colores etiam considerandi sunt, sicut dictum est prius. Item arcus duplices pluuias nunciant, à pluuijs serenitatem. ¶ Item arcus in temporibus diuersis & cætera. Albertus in capitulo. Restat videre causas. ¶ Item arcus si apparuerit & cętera. Hoc. H. Ptolemeus in vltimo capitulo, secundę partis quadripartiti. ¶ Sciendum secundum

Poti9, arc9. Melius, fulserit.

Arcus quocunq; tempore extiterit, si serenū sit hyems, sin hyemet: serenitas expectanda.

Haly quòd causa huius est: quià in tempore sereno: monstrat additamentum fumositatis aquosæ, & in hyemalibus significat minutionem, & propter hoc significat serenum.

¶ Capitulum decimumsextum. Pronosticatio auræ, per colores nubium.

ITem quadruplex est nubes continens vt frequenter forte tonitruum scilicet: nigra, rubea, viridis, vel alba, aliquantulum nigra, & spissa: dat forte tonitruum, specialiter: si vapor intrinsecus sit multus, & spissus. Rubescens autem ex nigro: est nubes valdè spissa de se, sed vapor ignitus iam resultat per ipsum, & ideo illa fortiorem frequenter dat ictum: quam nigra, virens autem cum nigra, & rubore paruo: est pessima omniũ nubium, & timenda: si directè sit circa ciuitatem aliquam, & significat: quòd frequenter emittit fulmina magnorum lapidum, qui deijciunt turres, & edificia incendunt, & homines. Albam autem non oportet timere, si enim fulmina. H. cadant super edificia: statim extinguntur, antequam tangant ea, nisi sint valdè sicca: & cremabilia. eius scilicet.
¶ Item colores coruscationis vt plurimum sunt. H. videlicet: rubens, clarus, & albus, flammeus, & rufus, qui vinosus. Primus timendus: quià incendit, secundus spargit, & non ledit: nisi facile cremabilia. Tertius autem penetrabilis est, & talis frequenter scindit, similiter & incendit. ¶ Item quadruplex & cætera. Albertus in capitulo. Deinceps. ¶ Item colores &c. Ipse idem.

Triplices intellige.

¶ Capitulum decimumseptimum.

ITem signa antecedentia terremotum sunt frigus ex vapore frigido, & sonus ex motu subterraneo. Sequentia autem sunt: caligo, & tenebræ circa Solem, & stel-

& stellas præter dispositionem nubium. ¶Item signa & cæte. Albertus in capitulo. Terremotus in fine.

¶Capitulum decimumoctauum. De pronosticatione auræ ex igne.

ITem ignes terreni pallidi, & murmurantes: tempestatum nuncij: sequuntur pluuiæ. ¶Item Lucerius fungi si.H. flexu sese volitet flamma: ventum, & lumina cum sese flammas elidunt, aut vix accenditur. ¶Item cum.H. pendente scintillæ coaceruantur, vel cum scollantibus ollas, carbo adhæret: aut cum contentus est: fauillam discutit, scintilláue emittit, vel cum ciuis in foco concrescit, & carbo vehementer perlucet: ventorum, & aquarum est significatio. ¶Item ignes & cætera. Hoc totum in libro de præsagijs.

Alias, flexuosæ.

Aeneo.

Melius, cõtractus ignis est.

¶Capitulum decimumnonum. De pronosticatione auræ ex mari.

ITem mare si tranquillum in portu cursitabit, murmurabitue intrà se ventum prædicit si illud in hyeme, imbrem, littoraque, rippæ resonabunt tranquillæ, asperam tempestatem. ¶Item ipsius maris tranquillus sonitus, spumæ dispersæ, aut aquæ bullantes pulmones .H. re marini in pelago: plurimorum dierum hyemem prætendunt sæpe, & similiter intumescit inflatumq; altius solito: iam intrà se ventos esse fatetur, & etiam quidam sonus mõtium, nemorumq; mugitus: mutatione aurę prætendunt, arborum sine aura, quæ: sentientur folia ludentia. Lanugò populi, aut spinæ volitans aquisque pluuiæ innatantes, aut in campanis (venturam tempestatem præcedens) suus fragor cęli, & murmur: non dubiam significationem habent. ¶Item mare & cætera. In eodem libro. De præsagijs.

Melius, de marj.

¶Capitulum vigesimum.

Item.H.

ITem .H. delphin tranquillo, luligo volitans, conchæ adherentes, echini aſtringentes ſeſe, aut arenas ſubintrantes: tempeſtatis ſunt ſigna. Ranæ quoque vltrá ſolitum vocales & fulices matutino clangore. ¶ Item mergi, anates quoque. H. pluuias roſtro purgantes: ventum. Cæterę q; aquaticę aues concurſentes. Grues in mediterraneo feſtinentes, mergique, vel camæ maria, aut ſtagna fugientes, Grues ſilentio per ſublime volantes: ſerenitatem, ſicut noctua in imbre garrula, vel ſerene tempeſtatem, corniq; ſingulta quodam latrantes, ſeſeque etiam concutientes: ſe continuabunt. Si verò carptim vocem. H. reſoluebāt ventoſum imbrem graculi ſero à pabulo: hyemem, & albę, & aliæ aues congregabuntur. Et cum terreſtres volucres contra aquam clangorem dabunt, perfundentes ſeſe: hyemen, ſed maximè cornix, & hyrundo: cum iuxta aquas volitant, vt penna ſeſe percutiant, quæque in arboribus habitant: fugitantes in nidis ſuis, & anſeres continuo clangore intempeſtluo. Idem Ardea in medijs arenis triſtis, nec mirum aquaticos volucres intantum præſagia ſentire aëris, & aquæ: cum ſint ferè eiuſdem complexionis. ¶ Item delphin & cætera .H. vbi ſuprà. ¶ Item pecora exaltantia, & indecora, laſciuia, ludentia: eaſdem ſignificationes habent, & boues cælum olfectantes, ſeſeque lambentes contrà pilum, turpes quoque porci alienos ſibi manipulos feni lacerantes, aut formicæ concurſantes, aut oua proferentes. ¶ Item vermes terreni erumpentes, lugi foliumque inhorreſcere, & folium contrà tempeſtatem ſubrigere certum eſt: necnon in cibis, & menſis noſtris, vaſa .H. quædam extulentium additur, ſudorem ſuppoſitoris relinqueutia: duras tempeſtates prænunciant. ¶ Item in Sole, & in cordis, & in partibus corporis, multis etiam ſenſibus: infinita præſagia apparebunt. ¶ Item pecora & cætera. In eodem libro, vſque ad finem.

Lege, delphini tranquillo mari laſciuiantes: flatum qua veniūt parte. Itē ſpergentes aquam eodem turba to: trāquillitatem.

Luligo votil.

Alias, reſorbebant.

Albertus.

Potius, quibus eſculētia addūtur

F I N I S.

